giptijs occurrēt aq̄: et inuoluit eos dñs
ī medijs fluctib⁹. Reuersaq̄ sunt aq̄ et
operuerūt curr⁹ et eq̄tes cūcti exercitus
pharaōis q̄ sequētes igressi fuerāt mare
necvnt⁹ qd̄ supfluit ex eis. Filij aut̄ isrl̄
p̄reerūt p̄ mediū sicci mar̄ et aq̄ eis erāt
q̄si p̄ muro a dextris et a sinistris. Libe
rauitq̄ dñs ī die illo israel de manu egi
ptioꝝ et viderūt egiptios mortuos sup
litus maris et manū magnā quā exer
cuerat dñs s̄ eos. Timuitq̄ p̄pls dñm
et credidērūt dño et moisi fmo eius. 10

Unc cecinit moises et filij isra
el carmē s̄ dño et dixerūt. Cate
mue dño. Glōse em̄ magnifi
catus ē. equū et ascensōrē deiecit in ma
re. Fortitudo mea et laus mea dñs et fa
ctus ē mihi ī salutē. Iste de⁹ me⁹ et glo
rificabo eū: de⁹ p̄ris mei et exaltabo eū. do
min⁹ q̄si vir puḡtor: oipotēs nomē eius
curr⁹ pharaōis et exercitū ei⁹ piccit ī ma
re. Electi p̄ncipes ei⁹ submersi sunt ī
mari rubro. abissi opuerūt eos de scēdēt
ī pfundū: q̄si lapis. Dextera tua dñe
magnificata ē ī fortitudine dextera tua
dñe pcussit inimicū. et ī mltitudine gl̄ie
tue deposuisti aduersarios meos. Nisi
fui irā tuā q̄ deuorauit eos sic stipulā et ī
spū furoris tui congregati sunt aq̄. Ste
tit vnda fluens. congregati sunt abissi ī
medio mari. dixit inimicus. Perseqū et
cōphendā. diuidā spolia: implebitur aīa
mea. Euaginato gladiū meū: interfici
et eos manus mea. Flauit spūs tuus et
opuit eos mare: submersi sunt q̄si plū
bū ī aq̄s vehemētib⁹. Quis filius tui ī
fortib⁹ dñe. Quis filius tui magnificus
ī sanctitate: tribilis atq̄ laudabilis: et
faciens mirabilia. Extendisti manū tu
am et deuorauit eos terra. Dux fuisti ī

misericoꝛdia tua p̄plo quē redemisti. et
portasti eū in fortitudine tua. ad habita-
culū sc̄m̄ tuum. Ascēderūt ppli ⁊ irati
sunt dolores obtinuerūt hitatores phi-
listim. Tūc p̄turbati sunt p̄ncipes edō
robustos moab obtinuit tremor. obri-
guēt oēs hitatores chanaā. Irruat su-
per eos formido ⁊ p̄uor? ī magnitudine
brachij tui? Fiant immobiles q̄si lapis
donec p̄trāseat p̄ls tuus dñe: donec p̄-
trāseat p̄ls tu? iste quē possedisti. In-
troduces eos ⁊ plātabis ī mōte heredi-
tat? tue firmissimo habitaculo tuo qđ
opatus es dñe. Sc̄tāriū tuū dñe: qđ
firmauerūt man? tue. Dñs regnabit in
eternū ⁊ vltra. ingressus est em̄ eques
pharao cū currib⁹ et eq̄tib⁹ ei⁹ in mare
⁊ rediit sup̄ eos dñs aq̄s maris. Filij
autē israel ambulauerūt per siccū in me-
dio ei⁹. Sumpsit ḡ maria p̄plexissa so-
ror aarō timpanū ī manu sua egressesq̄
sunt oēs mulieres post eā cū timpanis
⁊ choris: q̄b⁹ p̄cinebat dicēs. Cātemus
dño. gloriose em̄ magnificatus ē: equū
⁊ ascensōrē deiecit in mare. Tulit autē
moyses isrl̄ s̄ mari rubro: ⁊ egressi sunt
in desertū sūr. Ambulauerūtq̄ trib⁹ dieb⁹
p̄ solitudine ⁊ nō inueniebāt aquā. Et
uenerūt in marath. nec poterant bibere
aquas de marath: eo qđ eēt amare. vñ
⁊ cōgruū loco nomē ipsiuit. vocās illū
marath. i. amaritudinē. Et murmura-
uit p̄pls s̄ moisen dicēs. Quid bibem?
Et ille clamauit ad dñm: qđ ostendit ei
lignū qđ cū misisset ī aquas in dulcedi-
nē vsē sunt. Ibi p̄stituit ei p̄cepta atq̄
iudicia ⁊ ibi tēptauit eū dicēs. Si au-
dieris vocē dñi dei tui: ⁊ qđ rectū est co-
ram eo feceris ⁊ obedieris mādati ei⁹:
custodierisq̄ oīa p̄cepta illius cūctum
languorē quē posui ī egipto nō inducāz
sup̄ te. Ego em̄ dñs sanator tu⁹. uenēt
autē in helim filij isrl̄ vbi erāt. xij. fontes
aquar⁹ ⁊ septuaginta palme ⁊ castrame-
tati sunt iuxta aquas. xvi

Rofectiq̄ de helim uēt oīs ml̄
p̄ titudo filioꝝ isrl̄ ī desertū sin.
qđ ē inter helim ⁊ sinai q̄ntade

cima die mensis secundi. postq̄ egressi
sunt de tra egipti. Et murmurauit oīs
agregatio filioꝝ isrl̄ s̄ moisen et aarō
in solitudine. Dixerūtq̄ filij isrl̄ ad eos
Utinam mortui essemus p̄ manū dñi
in terra egipti. quādo sedebamus sup̄
ollas carniū ⁊ comedebamus panē ī sa-
turitate. Cur induxistis nos ī desertū
istud ut occideret? oēm ml̄itudine fa-
me. Dixit autē dñs ad moisen. Ecce ego
pluā uobis panes de celo. Egrediat̄ po-
pulus ⁊ colligat qđ sufficiūt p̄ singlos di-
es ut tēptem eū: utz abulet ī lege mea
an nō. Die autē sexto parēt qđ inferāt. ⁊
fit duplū q̄ colligere solebant p̄ singu-
los dies. dixerūtq̄ moyses ⁊ aarō ad oēs
filios isrl̄. Clespe scietis qđ dñs eduxerit
uos de tra egipti ⁊ mane uidebitis glo-
riā dñi. Audiui em̄ murmur uestruū cō-
tra dñm. nos uero quid sumus. qz mu-
sistastis s̄ nos. Et ait moyses. dabit uo-
bis dñs uespe carnes edere. ⁊ mane pa-
nes ī saturitate: eo qđ audierit murmu-
rationes uestras q̄b⁹ murmurati estis
s̄ eū. Nos em̄ quid sumus. Nec s̄ nos
est murmur uestruū sed s̄ dñm. dixit q̄q̄
moyses ad aaron. dic vnuerse congre-
gationi filioꝝ isrl̄. Accedite coram do-
mino. audiuit em̄ murmur uestruū. Cū
q̄ loq̄retur aaron ad om̄em cetū filioꝝ
isrl̄: respererūt ad solitudine: ⁊ ecce glo-
ria dñi apparuit ī nube. Locutus ē autē
dñs ad moisen dicēs. Audiui murmu-
rationes filioꝝ isrl̄: loq̄re ad eos. Clespe
comedetis carnes et mane saturabimī
paib⁹. scietisq̄ qđ ego sum dñs de⁹ uester
Factū ē ḡ uespe et ascēdēs p̄turnix coo-
peruit castra. mane q̄q̄ ros iacuit p̄ cir-
cumitū castrorū. cūq̄ opuisset sup̄ficiez
terre: apparuit in solitudine minutū ⁊
q̄si pilo tusum in solitudine prume sup̄
terrā. Qđ cū uidissent filij isrl̄ dixe-
rūt ad inuicem. Manhu. qđ significat:
qđ ē hoc. Ignorabāt em̄ qđ eēt. q̄b⁹ ait
moyses. Iste ē panis quē dñs dedit uo-
bis ad uescendū. Hic est sermo quē p̄-
cepit uobis dñs. Colligat vnusquisq̄
ex eo q̄tū sufficit ad uescēdum: gomoz

p singula capita Juxta numeru aiaru
vraz q habitat i tabernaculo sic tolle/
tis. Feceruntq ita filij israel et collegerunt
ali' plus ali' min': et mēsi sunt ad men/
surā gomoz. Nec q plus collegerat ha/
buit aplius. Nec q minus pauperat rep/
perit minus. s; singuli iuxta id qd ede/
re poterāt gregauerūt. Dixitq moyses
ad eos. Nullus relinquat ex eo i mane
Qui nō audierūt euz. sed dimiserūt q/
dam ex eis vsq; mane et scaterere cepit. s;
mib; atq; cōputruit. Et iratus ē p̄ eos
moyses. Colligebant autē mane singuli
q̄tum sufficere poterat ad v̄scendum.
Lūc; incaluisse sol liq̄hebat. In die
autē sexta collegerūt cibos duplices. i. duo
gomoz p̄ singulos hoīes. Uenerūt autē
oēs p̄ncipes multitudis et narrauerūt
moisi: Qui ait eis. Hoc ē qd locutus ē
dñs. Requies sabbati sanctificata ē do/
mino. Cras qd cūq; opandū ē facite: et
q̄ coquēda sunt coquite. Quicqd autē
reliquū fuerit reponite vsq; i mane. Fe/
cerūtq; ita vt p̄cepit moyses et nō cōpu/
truit. neq; vermis inuentus ē in eo. Di/
xitq; moyses. Comedite illud hodie q̄a
sabbati ē dño: nō inueniet hodie in a/
gro. Sex dieb; colligete: i die autē septi/
mo sabbatū ē dño: idcirco nō inueniet. ve/
nitq; septima dies: et egressi de p̄lo vt
colligerēt nō iuenerūt. Dixit autē dñs ad
moisen. Usq; nō vultis custodire mā/
data mea et lege meā. Glidete q̄ dñs de/
derit vobis sabbatū: et p̄pter hoc die se/
pta tribuit vobis cibos dupliles. Mane
at vnusq; apud semetipm et nullus
egrediat de loco suo die septio. Et sab/
batifabit p̄ls die septio. Appellauitq;
dom' israel nomen ei' man qd erat q̄si
semē coriādrī albū: gustusq; eius q̄si si/
mile cuz melle. Dixit autē moyses. Iste
ē sermo quē p̄cepit dñs. Imple gomoz
ex eo et custodiat in futuras retro gene/
ratōes vt nouerint panē: quo alui vos
in solitudine: quādo educti estis de ter/
ra egypti. Dixitq; moyses ad aarō. Su/
me vas vnū et mitte ibi man: q̄tū pōt
capere gomoz et reponere corā dño ad ser/
uandū in generationes vsq; sicut p̄ce/
perat dñs moisi.

uandū in generationes vsq; sicut p̄ce/
perat dñs moisi. Posuitq; illud aar/
ron in tabernaculo reseruandū. Filij au/
tem israel comederūt man quadragin/
ta annis. donec veniret in terrā habita/
bilem. Hoc cib; aliti sunt vsq; tange/
rent fines terre chanaan. Gomoz autē
decima pars est ephi.

rvij
Sicut p̄fecta ois multitudo fi/
lioz israel de deserto sin p̄ māsi/
ones suas iuxta sermonē dñi:
castrametati sunt in raphidim vbi non
erat aqua ad bibendū populo. Qui iur/
gatus p̄ moisen ait. Da nobis aquā vt
bibamus. Quib; r̄ndit moyses. qd iur/
gaminū p̄ me. Cur tēptatis dñm. Siti/
uit ergo ibi p̄plus p̄e aque penuria et
murmurauit p̄ moisen dicens. Cur fe/
cisti nos exire de egypto vt occideres nos
et liberos n̄os ac iumēta siti. Clamauit
autē moyses ad dñm dicens. Quid faciaz
p̄lo huic. Adhuc paululum et lapidabit
me. Et ait dñs ad moisen: aucede p̄lm
et sume tecū de seniorib; isrl et v̄gā q̄ per/
cussisti fluuiū tolle in manu tua et vade
En ego stabo ibi corā te supra petram
oreb; p̄cutiesq; petrā et eribit ex ea aq̄ vt
bibet p̄plus. Fecit moyses ita corā senio/
rib; isrl: Et vocauit nomē loci illius: tē/
ptatio: p̄pter iurgiu filioz israel. et quia
tēptauerūt dñm dicētes. Est ne de' in
nobis an nō. Uenit autē amelech et pug/
bat p̄ filios isrl i raphidim: dixitq; moi/
ses ad iosue. Elige viros: et egressus pu/
gna p̄ amelech cras. Ego stabo in v̄tice
collis. hñs v̄gam dei in manu mea. Fe/
cit iosue vt locutus erat moyses et pu/
gnauit p̄ amelech. Moyses autē et aaron
et hur ascēderūt sup v̄ticē collis. Lūc;
leuaret moyses manus vincebat israel
Sin autē paululum remissiz: supabat
amalech. Man' autē moisi erāt graues
Sumetes igit lapidē posuerūt subter
eū in q̄ sedit. Aaron autē et hur sustenta/
bant manus eius ex v̄traq; p̄te. Et fa/
ctum ē vt manus illius nō lassarentur
vsq; ad occasum solis. Fuga uicq; iosue
amalech et populum eius in ore gladij.

Dixit autē dñs ad moisen. Scribe librum ob
 monumentū in libro. et trade auribus iohue.
 Delebo enim memoriaz amelech sub celo.
 Edificauitq; moises altare. et vocauit
 nomē eius. dñs exaltatio mea dicens.
 Quia manus solius dñi et belū dei erit
 in amelech. a generatōe in generatōnez.
 Cūq; audisset ietro xvij
 sacerdos mediā. cognatus moi
 si oia q̄ fecerat dñs moisi et isrl̄
 pp̄lo suo: et q̄ eduxisset dñs isrl̄ de egi
 pto tulit septorā vxorē moisi quā remi
 serat et duos filios ei. quū vn̄ vocabaf
 gerson dicente p̄te: aduena fui in terra
 aliena. alter vero eliezer. deus enim ait pa
 tris mei adiutor meus. et eruit me de gla
 dio pharaōis. Uleit ḡ ietro cognat⁹ moi
 si et filij ei et vxor ei ad moisen in deser
 tū vbi erat castrametatus iuxta montē
 dei: et mandauit moisi dicēs. Ego ietro
 cognatus tuus venio ad te. et vxor tua
 et duo filij tui cū ea. Qui egressus in oc
 cursum cognati sui adorauit. et osculat⁹
 est eū. Salutauerūtq; se mutuo vbi
 pacificis. Cūq; intrassz tabnaculū nar
 rauit moises cognato suo cuncta q̄ fece
 rat dñs pharaoni et egiptijs pp̄ israel
 vniuersumq; laborē q̄ accidisset eis in iti
 nere: et q̄ liberauerat eos dñs. Letatus
 q; ē ietro sup̄ omnib; hōis q̄ fecerat dñs
 israeli eo q̄ eruisset eū de manu egiptio
 rū. Et ait. Bñdic⁹ dñs q̄ liberauit vos
 de manu egiptioꝝ et de manu pharaōis
 qui eruit pplm suū de manū egipti. Nūc
 cognoni qz magn⁹ dñs sup̄ om̄es deos
 eo q̄ sup̄be egerint in eos. Obtulit ḡ ie
 tro cognatus moisi holocausta et hosti
 as dño. Cenerūtq; aaron et om̄es seni
 ores filioꝝ isrl̄ vt comederēt panē cū
 eo corā dño. Altera autē die sedit moises
 vt iudicaret pplm qui assistebat moisi
 a mane vsq; ad vesp̄rā. qd̄ cū vidissz co
 gnatus ei oia. s. q̄ agebat in poplo ait.
 Quid ē qd̄ facis in plebe. Cur solus se
 des et om̄s pl̄lus p̄stolatur de mane vsq;
 ad vesp̄rā. Cui r̄ndit moises. Uleit ad
 me pl̄lus q̄rens sententiaz dei. Cūq;
 acciderit eis aliqua disceptatio veniūt

ad me vt iudicē inter eos et oñdam p̄e
 cepta dei et leges eius. At ille. Nō tonā
 inquit rem facis. Stulto labore confu
 sumeris et tu et populus iste q̄ tecū ē vltra
 vires tuas ē negociū. Solus illud nō
 poteris sustinere: sed audi vba mea atq;
 cōsilia: et erit dñs tecū. Esto tu populo
 in his q̄ ad teū p̄tinēt vt referas q̄ dicū
 tur ad eū: oñdasq; populū ceremonias et
 ritū colēdi viāq; p̄ quā ingredi te beant
 et op⁹ qd̄ facere debeāt. Prouide autē de
 oī plebe viros sapiētes et timētes deū in
 quib; sit veritas. in quib; oderint auariciam et
 p̄stue ex eis tribunos et cēturiones et
 quinq;genarios et decanos. q̄ iudicēt po
 pulū oī tpe. Quicqd̄ autē mai⁹ fuerit re
 ferāt ad te et ipi miora tātūmō iudicēt
 leuiusq; sit tibi: p̄tū in alios onere. Si
 hoc feceris implebis impiū dñi. et p̄e
 cepta eius poteris sustinere: et oīs hic
 pl̄s reuertet ad loca sua cū pace. quibus
 auditis moises fecit oia q̄ ille suggeste
 rat. Et elect⁹ viꝝ strenuis de cūcto isrl̄
 cōstituit eos p̄ncipes ppli. tribunos et cē
 turiones. q̄n quagenarios. et decanos q̄
 iudicarent plebē dñi oī tpe. Quicqd̄
 autē ḡuius erat referebat ad euz facilio
 ra t̄mō iudicantes. Dimisitq; cognatū
 suū qui reuersus abiit in terrā suam.

Ense tercō egressionis xix
 m isrl̄ de tra egipti: in die hac vene
 rūt in solitudine sinai. Nā p̄fes
 cti de raphidim et p̄uientes vsq; in des̄
 tū sinai castrametati sūt in eodē loco. ibi
 q; isrl̄ fuit tētoꝝia e regiōe mōt̄. moises
 autē ascendit ad mōtē ad deū. Locauitq;
 euz dñs de mōte et ait. hec dices domui
 iacob et anūciab filijs isrl̄. Vos ipi vidi
 stis q̄ fecerim egiptijs. quō hortauerim
 vos sup̄ alas aqlarū et assumpseri mibi
 Si ḡ audieritis vocē meā et custodieri
 tis pactū meū. heritis mibi in peculū de
 cūcti populis. Nea est enim oīs tra et vos
 eritis mibi in regnū sacerdotale et gens
 sancta. Hec sunt verba q̄ loq̄ris ad fili
 os israel. Venit moises et conuocatis
 maioribus natu populi exposuit om̄es
 sermones quos mādauerat dominus.

Rēdit oīs ppls simul. Cūcta q̄ locut⁹
est dñs faciemus. Cūq̄ retulisset moi-
ses verba ppli ad dñm: ait ei dñs. Jam
nūc veniā ad te in caligine nubis: vt au-
diat me ppls loq̄ntem ad te et credat
tibi i p̄petuū. Nūciauit ergo moises v-
ba ppli ad dñm. q̄ dixit ei. Glade ad po-
pula: et sc̄ifica illos hodie et cras: lauet
q̄ vestimenta sua et sint pari in diē terciū
In die em̄ terciō descendet dñs coram
omni plebe sup montē sinai. Constitu-
etq̄ terminos populo p̄ circumuicū: et di-
ces ad eos. Lauete ne ascendatis in mō-
tem: nec tangatis fines illi. Quis q̄ te-
tigerit montē. morte moriet̄. Nan̄ nō
tāget eū sed lapidibz opprimet̄ aut p̄fo-
dietur iaculis. Siue iumentū fuerit si-
ue hō nō viuet. Cū cepit clangere buc-
cina tūc ascendat̄ i montē. Descēditq̄
moises de monte ad pplm. et sc̄ificauit
eū. Cūq̄ leuassent v̄numēta sua: ait ad
eos. Etote pari in diez terciū. et ne ap-
propinq̄tis vxoribz v̄ris. Nūc aduene-
rat tercius dies et mane ic̄iauerat et ec-
ce cepit̄ audire tonitrua. ac micare ful-
gura: et nubes densissima op̄ire montē.
Clāgorq̄ buccie v̄lxmēti⁹ p̄strepabat
et timuit ppls q̄ erat in castris. Cūq̄
eduxisset eos moises i occursum dei de lo-
co castrorū steterūt ad radices mōt̄. To-
tus aut̄ mōs sinai fumabat eo q̄ descē-
disset dñs sup eū in igne. et ascenderet
fumus ex eo q̄si de fornace. Eratq̄ oīs
mōs terribilis et sonitus buccine pau-
latim crescebat i maius: et plurius tēde-
bat. Moises loq̄batur et dñs r̄sidebat
ei. Descēditq̄ dñs sup montē sinai in
ip̄so montis vertice: et vocauit moisen
in cacumē eius. Quo cū ascendisset di-
xit ad eū. Descende et cōtestare populū
ne forte velit trāscendere terminos ad
videndū dñm: et pereat ex eis plurima
multitudo. Sacerdotes q̄z q̄ accedūt
ad dñm sanctificētur ne p̄cuciat eos.
Dixitq̄ moises ad dñm. Non poterit
vulgus ascendere i montē sinai. Tu em̄
testificat̄ es et iussisti dicēs. Donec ter-
mios circa mōtē et sanctifica illū. Cui

ait dominus. Glade descende ascende
q̄ tu et aaron tecū. Sacerdotes autē et
populus nō trāseant terminos: nec ascē-
dant ad dominū: ne forte interficiet il-
los. Descenditq̄ moises ad populū: et
omnia narrauit eis.

XX

Quintusq̄ ē dñs cūctos sermo-
nes hos. Ego sum dñs deus
tuus. q̄ eduxi te de terra egypti:

de domo seruitutis. Nō hēbis deos ali-
enos corā me. non facies tibi sc̄ulptile:
neq̄ omnem similitudinē q̄ est in celo
desup. et q̄ in terra deorum: nec eorū q̄
sunt in aq̄s sub terra. Nō adorabis ea
neq̄ coles. Ego sum dñs deus tu⁹ for-
tis celotes visitās iniquitatem patrū in
filios in terciā et quarta generationem
eorū q̄ oderūt me: et facies misericordiā
in milia. his qui diligūt me et custodi-
unt. p̄cepta mea. Nō assumes nomen
dñi dei tui inuanū. nec em̄ hēbit inson-
tem dñs eū. qui assumpsit nomē dei
sui frustra. Memēto vt die sabbati san-
ctifices. Sex diebus opaberis: et facies
oīa opa tua. Septimo autē die sabbatū
dñi dei tui ē. Nō facies omne opus i eo:
tu et filius tuus et filia tua seruus tuus
et ancilla tua: iumentū tuū et aduena q̄
est intra portas tuas. Sex em̄ diebus fe-
cit deus celū et terrā et mare et omnia q̄
in eis sunt: et requieuit in die septimo.
Idcirco benedixit dñs diei sabbati et
sanctificauit eū. Honora p̄tem tuam
et m̄tem tuā vt sis longeuus sup terrā
quem dominus deus tuus dabit tibi.
Nō occides. Nō mechaberis. Nō furtū
facies. Nō loquaris contra primū tuū
falsum testimoniū. Nō concupisces do-
mū proximi tui: nec desiderabis vxorē
eius. nō seruū. nō ancillam: nō bouem
nō a sinum nec omnia que illius sunt.
Cūctus autē populus videbat voces et
lampades et buccine. montemq̄ fumā
tem. et p̄territi ac pauore cōcussi steterūt
procul dicentes moisi. Loquere tu nos-
bis et audiemus. Non loquatur nobis
dñs: ne forte moriamur. Et ait moises
ad pplm. Nolite timere. Est em̄ proba

10 p̄c

ret vos venit deus. et ut terror illi esset in vobis et non peccaretis. Scietis quoque populus de lege moyses aut accessit ad caliginem in qua erat deus. Dixitque praeterea dominus ad moysen. Haec dices filiis israel. Vos vidistis quod de celo locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos. nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi et offeretis super ea holocausta et pacifica vestra. oves vestras et boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei. Veniam ad te et benedicam tibi. quod si altare lapideum feceris mihi. non edificabis illud de sectis lapidibus. Si enim leuaueris cultrum super eo polluetur. Non ascendes per gradus ad altare meum ne reueletur turpitudine mea.

XXI

Et sunt iudicia quae propones eis.

b Si emeris seruum hebraeum. sex annis seruiet tibi: septimo egredietur liber gratias. Cum quilibet vestre intrauerit cum tali erit. Si habens uxorem et uxorem egredietur simul. Si autem dominus dederit illi uxorem et peperit filios et filias. mulier et liberi eius erunt domini sui. ipse vero erit liber cum vestitu suo. quod si dixerit seruus diligo dominum meum et uxorem ac liberos non egredietur liber offerat eum dominus dominus et applicabit ad ostium et postes. perforabitque aurem eius subula et erit ei seruus in seculum. Si quis vendiderit filiam suam in famulam non egredietur sicut ancille exire consueuerunt. Si displicuerit oculi domini sui cui tradita fuerit dimittet eam. prolo autem alieno vendendi non habebit potestatem si spreuerit eam. si autem filio suo responderit eam intra morem filiarum faciet illi. quod si alteraz ei accepit. puelle debet nuptias et vestimenta et pretium pudicitie non negabit. si tria ista non fecerit egredietur gratis absque pecunia. Qui percussit hominem volens occidere: morte moriatur. Qui autem non est insidiator: sed deus illum tradidit in manus eius: constituam tibi locum in quo fugere debeat. Si quis per industriam occiderit proximum suum et per insidias. ab altari meo euellens eum ut moriatur. Qui percussit proximum suum aut matrem: morte moriatur. Qui maledixerit pa-

tri suo vel infami: morte moriatur. Qui furatus fuerit hominem et vendiderit eum pro pretio: morte moriatur. Si rixati fuerint viri et percussit alter proximum suum lapide vel pugno et ille mortuus non fuerit sed iacuerit in lectulo. si surrexerit et ambulauerit foris super baculum suum innocens erit qui percussit ita tamen opera eius et impensas in medicos restituat. Qui percussit seruum suum vel ancillam hebraeam et mortui fuerint manibus eius criminis reus erit. Si autem vno die vel duobus succiderit: non subiacebit pene. quia pecunia illius est. Si rixati fuerint viri et percussit quis mulierem pregnantem et abortiuum quidem fecerit sed ipsa vixerit: subiacebit dano quantum maritus mulieris expetierit et arbitri iudicauerit. si autem mors eius fuerit subsequuta: reddet animam pro anima. oculum pro oculo: dentem pro dente. manum pro manu. pedem pro pede. adustionem pro adustione. vulnus pro vulnere. liuorem pro liuore. si percussit quisquam oculum serui sui aut ancille et laesos eos fecerit. dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoque si excusserit seruo vel ancille suae: similiter dimittet eos liberos. Si bos cornu percussit virum aut mulierem et mortui fuerint. lapidibus obruetur et non comedetur carnes eius: dominus quoque bouis innocens erit: quod si bos cornu percussit ab heri et nudius tertius et contestati sunt dominum eius nec recluserit eum. occideritque virum aut mulierem. et bos lapidibus obruetur et dominum eius occidet. quod si pretium fuerit ei impositum: dabit pro anima sua quicquid fuerit postulat. Filium quoque et filiam si cornu percussit filii sententiae subiacebit. si seruum ancillamque inuaserit triginta siclos argenti domino dabit. bos vero lapidibus opprimetur. Si quis aperuerit cisternam et foderit et non operuerit eam. cecideritque bos aut asinus in eam: reddet dominus cisternae pretium iumentorum. quod autem mortuum est ipsius erit. Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit et ille mortuus fuerit vendet bouem viuum et diuident pretium: cadauer autem mortui inter se dispartient. Si autem sciebat quod bos

corrupta esset ab heri et nudiustertius
et non custodiuit eum dominus suus red
det bouem pro boue et cadauer integrum
accipiet.

XXII

Si quis furatus fuerit bouem aut
ouem et occiderit vel vendiderit
quinq; boues pro vno boue restituet: et quatuor
oues pro vna oue. Si effringens fur
domum siue fodiens fuerit inuentus. et ac
cepto vulnere mortuus fuerit: percussor
non erit reus sanguinis. quod si orto sole
fecerit. homicidium perpetravit et ipse mori
atur. Si non habuerit quod pro furto red
dat ipse vendabit. Si inuentum fuerit
apud eum quod furatus est viuens siue bos
siue asinus siue ovis. duplum restituet.
Si leserit quispiam agrum vel vineam et
dimiserit iumentum suum ut depascat ali
ena. quicquid optimus habuerit in agro
suo vel in vinea pro damno estimatione resti
tuet. Si egressus ignis inuenerit spi
cas et comprehenderit aceruos frugum siue sta
tes segetes in agris reddet damnum qui
ignem succenderit. si quis commendauerit a
mico pecuniam aut vas in custodia. et ab eo
quod susceperat furto ablata fuerint. si inue
nitur fur duplum reddet. Si laetetur fur
dominus domus applicabit ad deos. et iura
bitur ad deos. et intrabit quod non extenderit
manum in rem primi sui ad perpetrandum
fraudem. tam in boue quam in asino et oue ac ve
stimento. et quicquid damnum inferre poterit. ad
deos vtriusque causa perueniet et si illi iu
dicauerint: duplum restituet primo suo.
Si quis commendaauerit primo suo bouem.
asinum. ovem. et omne iumentum ad custodiam
et mortuum fuerit aut debilitatum vel captum
ab hostibus. nullusque hoc viderit iusiuran
dum erit in medio quod non extenderit manum
ad rem proximi sui. suscipietque dominus iu
ramentum et ille reddere non cogetur. quod si
furto ablatum fuerit restituet damnum do
mino: Si comestura bestia. deferat ad
eum quod occisum est et non restituet quod pri
mo suo quicquam horum mutuo postulauerit
et debilitatum aut mortuum fuerit domino non
potest reddere compellitur quod si in praesentiarum
dominus fuerit non restituet: maxime si productum

venerat pro mercede operis sui. Si sedure
rit quis virginem necdum desponsatam. tor
mieritque cum ea. torabit eam et habebit eam
prore. Si pater virginis dare noluerit:
reddet pecuniam iuxta modum dotis quaz
virginem accipere conlueuerunt. Maleficos
non patieris viuere. Qui coierit cum iu
mento morte moriatur. Qui imolat diis
occidet: propter domino soli. Aduenam non con
tristabis neque affliges eum. Aduene enim et
ipsum fuisse in terra egypti. Vidue et pupillum non
nocebit. Si leserit eos vociferabuntur
ad me. et ego audiam clamorem eorum et indi
gnabitur furor meus. percutiamque eos gladio
et erunt prores vire vidue et filii viri pu
pilli. Si pecuniam mutua dederis popu
lo meo pauperi qui habitat tecum non urge
bis eum quod si exactor nec usuris opprimes
Si pignus a primo tuo accepis veli
mentum ante solis occasum reddes ei. Ipsi
enim est solum quod operis indumentum carnis eius
nec habet aliud in quo dormiat. Si cla
mauerit ad me exaudiam eum quia miseri
corum sumus. diis non detrahes et principi populi
tui non maledices decimas et primitias tu
as non tardabis offerre. Priogeitum filiorum
tuorum da mihi. de lobis quoque et ouibus si
milibi facies. Septem diebus sit cum mense
sua. die octaua reddes eum mihi. Chri
sancti eritis mihi. Carnem que a bestiis sus
erit gustata. non comedetis sed proijci
etis canibus.

XXIII

Non suscipies vocem mendacii
nec iuges manum tuam ut pro ipso
dicas falsum testimonium. Non
sequeris turbam ad faciendum malum nec
in iudicio plurimorum acquiesces senten
tie ut a vero te uies. Pauperis quoque non
miseraberis in iudicio. Si occurreris
loui inimici tui. aut asino erranti reduc
ad eum. si videris asinum odientis te iacere
sub onere: non pertransibis sed subleua
bis cum eo. Non declinabis in iudicium
pauperis. Mendacium fugies. In fontem et
iustum non occides quod aduersus impium.
Nec accipies munera que etiam excecant
prudentes et subuertunt verba iustorum.
Peregrino molestus non eris scitis cum

aduenaz aias: qz 7 ipi peregrini fuistis in terra egipti. **Ser**anis seminabis terram tuā 7 congregabis fruges ei⁹. Anno aut septimo dimittes eā et requiescere facies vt comedāt paupes ppli tui. 7 qe qd reliquū fuerit edent bestie agri. Ita facies i vinea 7 i oliueto tuo. **Ser diebus opaberis septia die cessabis vt res qescat lva 7 asia tu⁹. 7 refrigeret filius acille tue 7 aduena.** Omnia q dixi vob custodite. 7 per nomē externoz deozum nō iurabitis: neq audietur ex ore vō. **Trib vicib p singulos annos mihi festa celebrabitis.** Solēnitatē qz agimorum custodiet. **Septem dieb comedetis acima sicut pcepi tibi tpe mēsis nouorū.** qñ egressus es de egipto. **Nō a paribus in cōspectu meo vacuus.** Et solēnitatē mēsis pmitiuoz opis tue qcūqz seminaueris in agro: solēnitatem quoqz in eritu āni qñ congregaueris oēs fruges tuas de agro. **Ter in āno apparebit omne masculinū tuū corā dño deo tuo.** **Nō imolabis sup fermēto sanguinē vitime tue.** nec remanebit adeps solēnitatē mee vsqz mane. **Primitias fruguz frē tue deferes i domū dñi dei tui.** **Nō coques lēdū i lacte mēis sue.** **Ecce ego mittā āgelū meū q pcedat te 7 custodiat in via 7 introducat in locū quē pparauit.** **Obserua eū 7 audi vocē eius nec cōtemnendū putes: qz nō dimitret cuz peccaueris 7 ē nomen meuz in illo.** q si audieris vocē eius 7 fecerit oia q loquor inimicus ero inimicis tuis. 7 affligā affligētes te. **Precedetq te angelus meus 7 introducet te ad āmorreū 7 etheuz 7 pleregeū chananeūqz 7 eueū et iebu seu quos ego cōterā.** **Nō adorabis deos eoz neqz coles eos.** nō facies opa eoz sed destrues eos 7 fringes statuas eorū. **Seruietis q dño deo vō vt bñdicam panib tuis 7 aqz. 7 auferā infirmitatem de medio tui.** **Nō erit infecunda nec sterilis terra tua.** **numez diez tuorū impleto.** **Terrozē meū mittā in precursum tuū et occidā omnē populū ad quem ingredieris.** **Lūctorūqz inimico**

rum tuoz coram te terga vertam: emittentis scabrones prius q fugabūt eueū 7 chananeū 7 etheum anteqz introeas. **Nō eniciam eos a facie tua anno vno: terra in solitudine redigat 7 crescāt cōtra te bestie.** **Paulatim expellaz eos de cōspectu tuo donec augearis 7 possideas frā.** **Donā aut terminos tuos a mari rubro vsqz ad mare palestinorū. 7 a deserto vsqz ad fluuiū.** **Tradaz in manib vestris habitatores terre 7 eniciā eos de cōspectu vestro.** **Nō inibis cū eis sedus nec cuz dijs eoz.** **non habitent in terra tua.** ne forte peccare te faciant in me si serueris dijs eozū. quod tibi certe erit in scandalum.

XXIII

Si quoqz dixit. **Ascēde ad domū minū eu 7 aaron. nadab 7 abiu 7 septuaginta senes ex israel. 7 adorabitis pcul.** **Solusqz moises ascēdet ad dñm 7 illi nō appropinquabunt nec populus ascēdet cū eo.** **Venit ergo moises 7 narrauit plebi omnia verba domini atqz iudicia.** **Responditq ois pls vna voce.** **Omnia vba dñi que locutus est faciem⁹.** **Scrisit autē moises vniuersos sermones dñi. 7 mane surgēs edificauit altare dño ad radices mōris 7 duodecim titulos p duodecim tribz israel.** **Missiqz iuuenes de filijs israel 7 obtulerūt holocausta.** **imolauerūtqz victimas pacificas domino vitulos duodecim.** **Tulit itaqz moises dimidiā ptē sanguinis 7 misit in crateras ptem aut residuā fudit super altare.** **Assumensqz volumē federis legit audiente populo.** **qui dixerūt.** **Omnia que locutus ē dominus faciemus: 7 erimus obediētes.** **Ille vto sumptū sanguinē resperxit in populū: 7 ait.** **Hic ē sanguis federis qd pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibz his.** **Ascenderūtqz moises 7 aaron. nadab et abiu 7 septuaginta de senioribus israel 7 viderunt teuz israel.** **Sub pedibz eius quasi opus lapidis saphirini. 7 quasi celum cum serenum est.** **Necnon super eos qui procul recesserāt de filijs isrl misit manū suā.**

Uideruntque teum et comederunt ac biberunt. Dixit autem dominus ad moysen. Ascende ad me in montem et esto ibi. Daboque tibi tabulas lapideas et legem ac mandata que scripsi ut doceas filios israel. Surrexerunt moyses et iohannes miter eius ascendentesque moyses in montem dei. senioribus autem ait. Expectate hic donec revertamur ad vos. Habetis aaron et hur robiscum: si quod natum fuerit questionis referetis ad eos. Cumque ascendisset moyses. operuit nubes montem et habitavit gloria domini super sinai tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die vocavit eum dominus de medio caliginis. Erat autem species glorie domini quasi ignis ardens super vitices motis in conspectu filiorum israel. Ingressusque moyses medium nebule. ascendit in montem et fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus. **XXV**

Excitatusque est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israel ut tollant mihi primitias. Ab omni homine que offert ultroque accipietis eas. Hec sunt autem que accipe debetis. aurum et argentum et es hincinthus et purpuram. coccybus tinctum et bismum et pilos caprarum et pelles arietum rubricatas pellesque hincinthinas et ligna sethim: oleum ad luminaria concinnanda: aromata in unguentum et thimiamata boni odoris lapides onichinos et gemmas ad ornandum ephod et rationale. Facientque mihi sanctuarium et habitabo in medio eorum iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendit tibi et omnium vasorum in cultum eius. Sicque facietis illud. arcam de lignis sethim componite: cuius longitudo habeat duos et semis cubitos. latitudo cubitum et dimidium: altitudo cubitum similiter ac semissem: et deaurabis eam auro mundissimo intus et foris. Faciesque supra coronam auream per circumitum. et quatuor circulos aureos: quos pones per quatuor arce angulos. duo circuli sint in latere uno. et duo in altero. Facies quoque vectes de lignis sethim et operies eos auro. Inducesque per circulos que sunt in arce lateribus ut portet in eis. Qui semper erunt in circulis

nec unquam extrahentur ab eis. Ponesque in arca testimonium quod dabo tibi. Facies et propiciatorium de auro mundissimo. Duos cubitos et dimidium tenebit longitudo eius. ac cubitum et semissem latitudo. Duos quoque cherubin aureos et productiles facies ex utraque parte oraculi. Cherub unus sit in latere uno et alter in altero. Utriusque lacus propiciatorii tegant expandentes alas et operientes oraculum respiciantque se mutuo versis vultibus in propiciatorium quo operienda est arca in qua pones testimonium quod dabo tibi. Unde propiciam et loquar ad te supra propiciatorio. scilicet ac de medio duorum cherubin que erunt super arcam testimonium que cuncta que mandabo per te filiis israel. Facies et mensam de lignis sethim habentem duos cubitos longitudinis et in latitudine cubitum et in altitudine cubitum ac semissem et inaurabis eam auro purissimo. Faciesque illi labium aureum per circumitum et ipsi labio coronam interafilem altam quatuor digitis: et super illam alteram coronam aureolam. Quatuor quoque circulos aureos preparabis et pones eos in quatuor angulis eiusdem mense per singulos pedes. Subter coronam erunt circuli aurei ut mittantur vectes per eos et possit mensa portari. ipsos quoque vectes facies de lignis sethim et circumdabis auro ad subvehendam mensam patris et acetabula ac phialas thuribula et ciatos in quibus offerenda sunt labia ex auro purissimo: et pones supra mensam patris propositionis in conspectu meo super facies et candelabrum ductile de auro mundissimo hastile eius et calamos. ciphos et spherulas ac lilia ex ipso procedentia. Sex calami egredietur de lateribus tres ex uno latere et tres ex altero. Tres ciphos quasi in nucis modum per calamos singulos spheruleque simul et lilia et tres similiter ciphos instar nucis in calamo altero. spheruleque simul et lilia. Hoc erit opus sex calamorum. qui producendi sunt de hastili. In ipso autem candelabro erunt quatuor ciphos in nucis modum: spheruleque per singulos et lilia. Spheru

le duobus calamis per tria loca. qui si
 simul sex sunt procedetes de hastili uno
 Et splerule igitur et calami ex ipso erunt
 vniuersa ductilia ex auro purissimo. fa-
 cies et lucernas septem et ponas eas super
 candelabrum ut luceant ex aduerso. Emu-
 ctoria quibus et vbi ea que emuncta sunt exan-
 guas fiant de auro purissimo. oes pondus
 candelabri cum vniuersis vasis suis:
 habebit talentum auri purissimi. In-
 spice et fac secundum exemplar quod tibi in monte
 monstratum est.

XXVI

Tabernaculum vero ita facies. De
 cem cortinas de bisso rectora et
 hiacinto et purpura coccoque bis
 tincto variatas opere plumario facies.
 Longitudo cortine vnius habebit vigin-
 octo cubitos. latitudo quatuor cubitorum
 erit. Cuius mensure fient vniuersa ten-
 toria. Quinque cortine sibi iungentur mu-
 tuo et alie quinque nexu simili coherentur.
 Anfulas hiacinthinas in lateribus ac sum-
 mitatibus facies cortinarum ut possint mu-
 cem copulari. Quinquagenas anfulas
 cortina habebit in utraque parte ita insertas
 ut ansa contra ansam veniat et altera al-
 teri possit aptari. Facies et quinquaginta cir-
 culos aureos quibus cortinarum vela iunge-
 da sunt ut vnum tabernaculum fiat. Faci-
 es et saga cilicina vndecim ad opendum
 tectum tabernaculi. Longitudo sagivni
 habebit triginta cubitos et latitudo qu-
 tuor. Equa erit mensura sagorum omnium.
 Et quibus iunges seorsum et sex sibi mu-
 tuo. copulabis. ita ut sextum sagum in fronte
 tecti duplices. Facies et quinquagin-
 ta ansas in ora sagi vnius ut coniungi cum
 altero queant. et quinquaginta ansas in ora
 sagi alterius ut cum altero copulet. Faci-
 es et quinquaginta fibulas eneas quibus
 iungantur anse ut vnum ex omnibus operi-
 mentum fiat. Quod autem supsuperit in sagis
 que parantur tecto. id est vnum sagum quod am-
 plius est. ex medietate eius opies taber-
 naculi posteriora. et cubitus ex vna parte
 pendebit. et alter et altera qui plus est in
 sagorum longitudine. utriusque latus taber-
 naculi protegēs. Facies et opimentum aliud

recto de pellibus arietum rubricatis et sup-
 hoc rursum aliud opimentum de hiacint-
 thinis pellibus. Facies et tabulas stantes
 tabernaculi de lignis sethim que singule
 tenos cubitos in longitudine habeant. et in
 latitudine singulos ac semisses. In la-
 teribus tabule due in castrature sunt et quibus
 tabula alteri tabule connectat. atque in hunc
 modum cuncte tabule parabantur. que
 rum viginti erunt in latere meridiano
 quod vergit ad austrum: quibus quadraginta
 bases argenteas fundes: ut binae bases
 singulis tabulis per duos angulos subi-
 ciatur. In latere quoque secundo taber-
 naculi quod vergit ad aquilonem viginti ta-
 bule erunt quadraginta hinc bases argen-
 teas binae bases singulis tabulis suppo-
 nentur. Ad occidentalē vero plagam taber-
 naculi facies sex tabulas et rursum alias
 duas que in angulis erigantur post tergum ta-
 bernaculi. Eruntque sibi coniuncte a deorsum
 usque ad sursum. et vna omnes copago re-
 tinebit. Duabus quoque tabulis que in angu-
 lis ponende sunt filis iunctura suabitur.
 Et erunt filis tabule octo. bases earum argen-
 tee sedecim. duabus basibus per vnam tabu-
 lam supputat. Facies et vectes de lignis
 sethim quibus ad ostendendas tabulas in v-
 no latere tabernaculi et quibus alios in alte-
 ro. et eiusdem numeri ad occidentalē pla-
 gam que mittentur per medias tabulas a sum-
 mo usque ad summum. Has quoque tabulas
 deaurab et fundes in eis anulos aureos
 per quos vectes tabulata ostineant. que opies
 lamis aureis. Et erigas tabernaculum
 iuxta exemplar quod tibi in monte monstra-
 tum est. Facies et velum de hiacinto et purpu-
 ra coccoque bis tincto et bisso rectora ope
 plumario. et pulchra varietate contextum
 quod appendes ante quatuor columnas de
 lignis sethim que ipse quidem deaurate
 erunt. et habebunt capita aurea et bases
 argenteas. Inseret autem velum per circulos
 intra quod ponas arcam testimonij.
 quo et sanctuarium et sanctuarij sanctua-
 ria diuidetur. Quodones et propiciatorium su-
 per arcam testimonij in sancta sanctorum men-
 samque extra velum et contra mensam cande-

labrum i latere tabernaculi meridiano
Mesa enim stabit in pre aquilonis. Facies
et tentorium in introitu tabernaculi de
hiacinto et purpura coccoque bis tincto
et bisso retorta ope plumario: et quinque
columnas de auribus lignorum sethim ante
quas ducetur tentorium. quarum erunt capi
ta aurea et bases enee. **XXVII**

Facies et altare de lignis sethim
quod habebit quinque cubitos in lon
gitudine et totidem in latitudine
id est quadratum. et tres cubitos in altitudine.
Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt
et operies illud ere. Faciesque in usus eius
lebetes ad suscipiendos cineres et forcis
pes atque fuscinulas. et ignium receptacula.
Mesa uasa ex ere fabricabis. craticulamque
in modum retis eneae. per cuius quatuor an
gulos erunt quatuor anguli enei quos pones
subter arulam altaris. Eruntque craticula
usque ad altaris medium. Facies et rectes
altaris de lignis sethim duos quos operi
es laminis eneis et induces per circum
eruntque ex utroque latere altaris ad portam
domini. Non solidum sed inane et cauum intrin
secus facies illud sicut tibi in monte monstratum
est. Facies et atrium tabernaculi. in cuius
australi plaga contra meridiem erunt ten
toria de bisso retorta. Centum cubitos
unum latus tenebit in longitudine. et col
umnas viginti cum basibus totidem eneis que
capita cum celaturis suis habebunt argen
tea. Similiter et in latere aquilonis per lon
gum erunt tentoria centum cubitorum colu
ne viginti. et bases enei eiusdem numeri. et
capita earum cum celaturis suis argentea.
In latitudine uero atrium quod respicit ad
occidentem erunt tentoria per quinquaginta
cubitos. et columnae decem. basesque totidem
In ea quoque atrium latitudine que respicit
ad orientem quinquaginta cubiti erunt. in quibus
quindecim cubitorum tentoria lateri
uno deputabuntur. columnaeque tres et ba
ses totidem. et in latere altero erunt ten
toria cubitos obtinentia quindecim. col
umnaeque tres et bases totidem. In introitu
uero atrium fiet tentorium cubitorum viginti
ex hiacinto et purpura. coccoque bis tin

cto et bisso retorta ope plumario. Col
umnas habebit quatuor cum basibus toti
dem. Omnes columnae atrium per circummutum
uestite erunt argenteis laminis. capitibus
argenteis et basibus eneis. In longitu
dine occupabit atrium cubitos centum in la
titudine quinquaginta. altitudo quinque cu
bitorum erit. Fietque de bisso retorta. et ha
bebit bases eneas. Cuncta uero taberna
culi in omnes usus et ceremonias tam paril
los eius quam atrium ex ere facietis. Recipe
filii israel ut afferant tibi oleum de arbori
bus oliuorum purissimum. piloque cotusum
ut ardeat lucerna spiritus in tabernaculo tes
timonium extra uelum quod oppansum est te
stimonio. et collocabunt eam aarone et filiis
eius et usque mane luceat coram domino. Per
petuus erit cultus per successiones eorum
coram filiis israel. **XXVIII**

Quod dicitur ad te aaron fratrem tu
um cum filiis suis de medio filio
rum israel ut sacerdotio fungantur
mibi aarone. nadab. et abiu. eleazar et itha
mar. faciesque uestem sanctam aaron fratri
tuo in gloriam et decorem. Et loqueris cum
sacerdotibus corde quos repleui spiritu
prudentie. ut faciant uestes aaron fratri
tuo in gloriam et decorem: in quibus sanctificat
ur minister mibi. Hec autem erunt uestimen
ta que facient. Rationale et suphumeralia: tu
nicam et lineam strictam. cidarim et baltheum
Facient fratri tuo aaron et filiis eius uesti
menta sancta. ut sacerdotio fungantur
mibi. Accipientque aurum et hiacintum et
purpuram. coccoque bis tinctum et bissum.
Facient autem suphumeralia de auro et hiac
into et purpura. coccoque bis tincto et
bisso retorta ope polimito. Duas oras
iunctas habebit in utroque latere summita
tum ut in unum redeant. Ipsa quoque textura et
cuncta operis uarietas erit ex auro. et hiac
into et purpura. coccoque bis tincto et
bisso retorta. Sumesque duos lapides
onichinos et sculpes in eis nomina filiorum
israel. sex nomina in lapide uno: et sex reliqua
in altero iuxta ordinem natiuitatis eorum.
Opere sculptoris et celatura gemmarum
sculpes eos nominibus filiorum israel.

includos auro atq; circūdatos. 7 pones in vtroq; latere suphumeralis. memoriale filijs israel. Portabitq; aarō noīa eoz corā dño sup vtrūq; humerū ob recordationē. Facies 7 vncinos ex auro. 7 duas catenulas auri purissimi sibiunicem coherētes quas iseres vncinis. rationale quoq; iudicij facies ope polimito iuxta texturā suphumeralis ex auro hiacintho 7 purpura coccoq; bis tincto 7 bisso retozta. quadrangulū erit 7 duplex. Mensurā palmi habebit: tam ī lōgitudine q̄ in latitudine ponetq; in eo quatuor ordines lapidū. In primo versu erit lapis sardius 7 topazius 7 smaragdus. In secūdo carbūculus 7 saphirus 7 iaspis. In tercio liguri achates 7 amethystus. In q̄rto chrisolitus onichinus 7 berillus. Includi auro erunt p̄ ordines suos. habebūtq; noīa filiozū israel. Duodecim noīb; celabūtur singuli lapides nomīb; singuloz; per duodecim trib;. Facies in rationali catenas sibiunicem coherentes ex auro purissimo. 7 duos anulos aureos quos pones in vtraq; rōnalis summitate catenasq; aureas iūges anulis qui sunt in marginibus eius. 7 ipsarum catenatum extrema duob; copulabis vncinis ī vtroq; latere superhumeralis quod rationale respicit. Facies 7 duos anulos aureos quos pones in summitatib; rōnalis et in oris que e regione suphumeralis 7 posteriora eius aspiciūt. necnō 7 alios duos anulos aureos qui ponendi sunt in vtroq; latere suphumeralis deorsus quod respicit contra faciē iuncture inferioris vt aptari possit cum superhumerali. 7 stringatur rōnale anulis suis cum anulis suphumeralis. vitta hiacinthina vt maneat iunctura fabrefacta 7 a se inuicem rationale 7 superhumeralē nequeant separari. Portabitq; aaron nomina filiozum israel in rationali iudicij super pectus suū quando ingrediet sanctuariū memoriale corā dño ī eternum. Pones autē ī rationali iudicij doctrinazet veritatem que erūt ī pectore

aarō quādo ingrediet corā dño. 7 gestabit iudiciū filioz israel in pectore suo in cōspectu dñi semp. Facies 7 tunicā suphumeralis totam hiacinthinam. in cuius medio supra erit capitū 7 ora p̄gīrū eius terilis: sicut fieri solet in extremis vestū partib; ne facile rumpatur. Deorsum vero ad pedes eius de; tunice per circumitū q̄si malapunica facies ex hiacintho 7 purpura 7 cocco bis tincto 7 bisso retozta: mixtis ī medio tintinnabulis. itavt tintinnabulū sit aureum 7 malumpunicū. rursusq; tintinnabulū aliud aureum 7 malumpunicū Et vestietur ea aaron in officio ministerij vt audiat sonitus qñ ingrediet et egrediet sanctuariū in cōspectu dñi. 7 nō moriatur. Facies et laminā de auro purissimo in q̄ sculpes ope celatoz; sc̄m dño. Ligabisq; eā vitta hiacinthina 7 erit super thiarā imines sc̄ti pōtificis. Portabitq; aarō iniqtates eoz q̄ obtulerūt 7 sanctificauerūt filij isrl. in cūctis munerib; 7 donarijs suis. Erīt autē lamina semp in frōte eius vt placatus sit ei dominus. Stringetq; tunicā bisso 7 thiarā bisfinā facies 7 baltheū ope plumarij. Porro filijs aarō tunicas lineas pabis 7 baltheos ac thiaras ī gloriā 7 decore. vestietq; his oīb; aarō frēm tuum 7 filios eius cū eo 7 cūctoz; cōsecrabis manus. sanctificabisq; illos vt sacerdotio fungānt mihi. Facies et feminalia linea vt operiant carnē turpitudis sue a renib; vsq; ad femora. 7 vtent eis aaron 7 filij ei? qñ ingrediet tabernaculū testimoniū vel quando appropinquant ad altare vt ministrēt in sanctuario ne iniqtatis rei moriatur. Legitimum semipiternū erit aarō 7 semini ei? post eum

Ed 7 hoc facies vt **XXIX**

f mibi in sacerdotio cōsecrentur

Tolle vitulū de armēto 7 arietes duos imaculatos: panesq; acimos 7 crustulam absq; fermento que aspersa sint oleo. lagana q̄q; aiçma. oleo liniſta. De simila triticea cūcta facies. 7 posita in canistro offeres. vitulū autem 7

duos arietes. ⁊ aaron ac filios eius applicabis ad ostiū tabernaculi testimonij. Cūq; laueris p̄rem cū filijs suis aq; in duos aaron uelut mētis suis. i. linea ⁊ tunica ⁊ suphumerali ⁊ rōnali qđ cōstringes baltexo. ⁊ pones thiamam in capite ei ⁊ laminā sanctā sup thiamā. ⁊ oleum unctōis fundes sup caput eius. atq; b̄ritu consecrabit. Filios quoq; illi applicabis ⁊ indues tunicis lineis. cingelq; baltexo. aarō. s. ⁊ liberos ei. et impones eis mitras erūtq; sacerdotes mihi religione p̄petua. Postq; inuaueris man⁹ eoz applicab ⁊ vitulū corā tabernaculo testimonij. Imponentq; aarō ⁊ filij ei⁹ man⁹ sup caput illius: et mactabis euz in cōspectu dñi. iuxta ostiū tabernaculi testimonij. sumptūq; de sanguine vituli pones sup cornua altaris digito tuo. reliquū aut sanguinem fundes iuxta basim ei⁹. Sumes ⁊ adipem totū qđ opit intestina ⁊ reticulū iecozis ac duos renes. ⁊ adipē qđ sup eos ē ⁊ offeres incensum sup altare. carnes uero vituli ⁊ cornū ⁊ simū cōbures foris extra castra eo qđ p peccato sit. Unū quoq; arietem sumes sup cui⁹ caput ponēt aarō ⁊ filij ei⁹ man⁹. quē cū mactaueris tolles de sanguine ei⁹ ⁊ fundes circa altare. ipm aut arietē secabis in frustra. lotaq; intestina eius ⁊ pedes pones sup cōcisas carnes ⁊ sup caput illius. ⁊ offeres totū arietē in incensum sup altare. Oblatio ē dño odor suauissimus uictime dñi. Tolles q; arietē altez sup cuius caput aarō et filij eius ponēt manus. Quē cū imolaueris sumes de sanguine eius ⁊ pones sup extremū auricule dextre aaron ⁊ filioz eius. ⁊ sup pollices manus eoz ac pedis dextri. fundesq; sanguines sup altare. per circumitū. Cūq; tuleris de sanguine qui ē sup altare. ⁊ de oleo unctōnis asperges aaron ⁊ uestes eius. filios ⁊ uestimēta eoz. Consecratq; ipsi ⁊ uestib; tolles adipē de ariete. ⁊ caudā ⁊ aruinā que opit vitalia. ac reticulum iecozis et duos renes atq; adipem qui sup eos est. armūq; dextruz eo qđ sit ari-

es consecrationis. tortāq; panis unius crustulam conpersam oleo laganū de canistro acimoz qđ positum ē in cōspectu dñi. ponetq; oia sup manus aarō et filioz eius ⁊ sanctificabis eos eleuās coram dño. Suscipietq; uniuersa de manib; eoz. ⁊ incendes sup altare in holocaustū. odorem suauissimū in cōspectu dñi. qz oblatō eius ē. Sumes q; pectusculū de ariete qđ inuictus ē aaron. sanctificabisq; illud eleuatū corā dño ⁊ cedet in ptes suā. Sanctificabisq; ⁊ pectusculum cōsecratū ⁊ armū que de ariete sepalti. quo inuictus ē aaron ⁊ filij ei⁹. cedetq; in ptem aarō ⁊ filioz eius iure p̄petuo a filijs israel. qz primitiua sunt ⁊ initia de uictimis eoz pacificē qđ offerēt dño. Testē aut sanctā qua utef aaron habebūt filij eius post eū ut uingant in ea ⁊ cōsecretur man⁹ eozū. Septē diebus utef illa qđ pontifex p eo fuerit ostentus de filijs eius. ⁊ qđ ingredietur tabernaculū testimonij ut misiret in sanctuario. Arietē aut cōsecratōnis tolles ⁊ coques carnes ei⁹ in loco sancto. qđ uescet aaron ⁊ filij eius. Panes q; qui sunt in canistro. i. uelut bulo tabernaculi testimonij comedēt. ut sit placabile sacrificiū. ⁊ sanctificētur offerentiū manus. Alienigena n̄ uescet ex eis. qz sancti sunt. Quod si remāserit de carnib; cōsecrat; siue de panib; usq; mane. obures reliquias igni. Non comedent. qz scripta sunt. Quia qđ p̄cepi tibi facies super aaron ⁊ filijs eius. Septē dieb; consecrabis man⁹ eoz. ⁊ vitulū p peccato offeres p singulos dies ad expiādū. Unū dabisq; altare cū imolaueris expiātōis hostiaz ⁊ unges illud in sanctificationē. Septē dieb; expiabis altare ⁊ sacrificabis ⁊ erit sanctū sanctorū. Quis qđ tetigerit illud sanctificabit. Hoc est qđ facies in altari. Agnos anniculos duos p singulos dies iugiter. unū agnū mane et altez uespere. decimā ptem simile conperserit oleo tuso: quod habeat mensurā quartā ptē hin. ⁊ unū ad libandū eiusdem mēsure in agno uno. Alteruz uero

Exodus

agnū offeres ad vesperam iuxta ritū matutine oblationis. iuxta ea q̄ diximus in odore suauitatis. Sacrificiū ē dño deo oblatione perpetua in generatōes vestras. ad ostiū tabnaculi testimonij corā dño vbi cōstitūā vt loquar ad te. Ibiq̄ p̄cipiā filijs israel et sanctificabit altare in gloria mea. Sanctificabo et tabnaculū testimonij cū altari et aarō cū filijs suis vt sacerdotio fungā inde. Et habitabo in medio filioꝝ israel. et ego eis deus. et scient q̄ ego dñs deus eoz. q̄ eduxi eos de terra egipti vt manerem inter illos; ego dñs deus ipsoꝝ. **XXX**

Facies q̄z altare ad adolēdū thimiamā de lignis sethim. habebit cubitū longitudinis et altē latitudinis. i. quadrangulū. et duos cubitos i altitudine. Cornua ex ipso p̄cedet vestiesq̄ illud auro purissimo tā craticulā eius q̄z parietes p̄ circumitū et cornua. Faciesq̄ ei coronā aureolā p̄ girū. et duos anulōs aureos sub coronā p̄ singula latera. vt mittātur i eos v̄ctes et altare portet. Ipos q̄z v̄ctes facies de lignis sethim et inaurab. Ponesq̄ altare i v̄lū q̄ ante arcā pendet testimonij. corā p̄piciatorio q̄ tegit testimonij. vbi loquar tibi et adolebit incēsum sup eo aaron. suaue fragrās. Vne q̄z p̄ponet lucernas accendet illud et q̄n collocauerit eas ad vesperas vret thimiamā sempiternū corā dño in generatōes v̄ras. Nō offeretis sup eo thimiamā cōpositionis alteri. nec oblatōem et victimā. nec libabitis. Et v̄p̄cabitis aaron sup cornua eius semel p̄ annū i sanguīe q̄ oblatū ē p̄ peccato. et placabit sup eo in generatōibz vestris. Sanctus sanctorum erit dño. Locutusq̄ ē dñs ad moisen dicens. Quādo tuleris summā filioꝝ israel iuxta nomen. dabunt singuli p̄ciū pro aiabz suis dño. et nō erit plaga in eis cū fuerint recensiti. Hoc autē dabit omnis q̄ trāsit ad nomen. dimidius sicli iuxta mēsurā templi. Siclos viginti obolos habet. Media ps sicli offeret dño. Qui habet in numero a viginti an-

nis et supra dabit p̄ciū. Diues non addet ad mediū sicli et paup̄ nihil minuet. Susceptāq̄ pecunia q̄ collata ē a filijs israel trades in vsus tabnaculi testimonij. vt sit monimētū eoz corā dño et p̄piciet aiabz eozū. Locutusq̄ est dñs ad moisen dicens. Facies et labiū eneū cuz basi sua ad lauandū ponesq̄ illud inter tabnaculū testimonij et altare. Et misisa aqua lauabūt in ea aaron et filij eius manus et pedes q̄n egressuri sunt tabnaculū testimonij et q̄n accessuri sunt ad altare. vt offerat i eo thimiamā dño ne forte moriā. Legitimū sempiternū erit ipi et semini eius p̄ successiones. Locutusq̄ ē dñs ad moisen dicens. Sume tibi aromata prime mirrhe et electe quingentos siclos. et cinnamomi mediū. i. ducētos quingenta siclos. calami silr ducētos quingenta siclos. casie autē quingentos siclos i pondere sanctuarij. oleū de oliuetis mēsurā hin. Faciesq̄ vinctōnis oleū sanctū. vnguentū cōpositū ope vnguentarij et vnges ex eo tabnaculū testimonij et arcā testamēti. mēsamq̄ cū vasis suis cadelabzū et v̄tē sila ei. altaria thimiamat et holocausti. et vniuersam suppellectilē q̄ ad cultū eoz p̄tinēt sanctificabisq̄ oīa et erūt sc̄ra sc̄toꝝ. qui tingerit ea sanctificabit. aarō et filios ei vnges. sanctificabisq̄ eos vt sacerdotio fungant mibi. filijsq̄z isrl dices. Hoc oleū vinctōis sc̄m erit mibi i ḡratōes v̄ras. Caro hoīs nō vnges ex eo. et iuxta cōpositionē ei nō facietis aliud. qz sanctificatū ē et sanctū erit vobis. Homo q̄cūq̄ tale cōposuerit et tederit ex eo alieno exterminabit de p̄lo suo. dixitq̄ dñs ad moisen. Sume tibi aromata. stacten et onichā. galbanē vni odoris. et thus lucidissimū. cōlis ponderis erūt oīa. Faciesq̄ thimiamā cōpositū ope vnguentarij mixtū diligēter et purū et sanctificatōe dignissimū. Cūq̄ in tenuissimū puluerē vniuersa contuderis. pones ex eo corā tabnaculo testimonij. in q̄ loco apparebo tibi. Sc̄m sanctoꝝ erit vobis thimiamā. Talē cōpositōem nō facietis

in usus vestros. qz sanctum ē dño. No
mo quicunqz fecerit sile vt odore illius
pfruatur pibit de pplis suis. XXXI

Securusqz ē dñs ad moisen di
l cens. Ecce vocavi ex noie bese
leel filiū huri filij hur de tribu
iuda. 7 impleui eū spū dei. sapia 7 intel
ligentia 7 scientia in omni ope ad ex
gitandū q̄cquid fabrefieri pōt ex auro 7
argēto 7 ere marmore 7 gemis. 7 diuer
sitate lignoz. Dedicqz ei focū ooliab fi
liū achisamech de tribu dan. Et in cor
de hoīs eruditi posui sapiam vt faciant
cūcta q̄ p̄cepi tibi. tabnaculū federis et
arcā testimoniij. 7 ppiciatorij qd̄ sup eā
est. 7 cuncta vasa tabernaculi mensam
qz 7 vasa eius. candelabruz purissimuz
cū vasis suis. 7 altaria thimiamatis 7
holocausti 7 oīa vasa eozū. labiū cū basi
sua. vestes sanctas in ministerio aaron
sacerdoti 7 filijs eius vt fungātur offi
cio suo i sacris. oleū vnctionis. 7 thimi
ama aromatu in sanctuario. Oīa q̄ p̄ce
cepi tibi faciēt. Et locut⁹ ē dñs ad moi
sen dicens. Loquere filijs israel 7 dices
ad eos. Glidete vt sabbatū meū custo
diatis. qz signū ē inter me et vos in ge
nerationibz v̄s vt sciatis qz ego dñs
q̄ sanctifico vos. Custodite sabbatum
meū. sanctuz ē em̄ vobis. q̄ polluerit il
lud morte moriat. Qui fecerit i ea op⁹
pibit aīa illius de medio ppli sui. Sex
dieb facietis opus. in die septimo sab
batū ē. requies sancta dño. Oīs q̄ fece
rit opus hac die: moriet. Custodiant fi
lij israel sabbatū 7 celebret illud i gene
ratōnibz suis. Pactū ē sempiternū in
ter me 7 filios israel. signūqz perpetuū.
Sex em̄ dieb fecit deus celū 7 terrā.
7 in septimo ab omni ope cessauit. De
ditqz domin⁹ moisi cōpletis huiuscemo
di sermonibus in monte sinai. duas ta
bulas testimoniij lapideas. scriptas di
gito dei. XXXII

v Idens autē pplis q̄ morā face
ret moises descendendi de mō
te 7 gregat⁹ aduersus aarō dixit. Sur
ge fac nobis deos q̄ nos p̄cedant. moisi

em̄ huic viro q̄ nos eduxit de terra egi
pti: ignoram⁹ qd̄ acciderit. Dixitqz ad
eos aaron. Tollite in aures aureas de
vroz filiozūqz 7 filiaz v̄raz auribz 7 af
ferte ad me. Fecit pplis que iusserat de
ferens in aures ad aaron. Quas cū ille
accepisset. formauit ope fusorio et fecit
ex eis vitulū cōflatilē. Dixeruntqz. Hi
sunt dii tui israel q̄ te eduxerunt de ter
ra egipti. Qd̄ cū vidisset aaron edifica
uit altare corā eo. 7 p̄conis voce clama
uit dicens. Cras solennitas dñi ē. Sur
gentesqz mane obtulerūt holocausta et
hostias pacificas. 7 sedit populus man
ducare 7 bibere. 7 surrexerūt ludere. Lo
cutus ē autē dñs ad moisen dicens. Cla
de 7 descende. peccauit pplus tuus que
eduxisti de terra egipti. Recesserūt cito
de via quā ondisti eis. Fecerūtqz sibi vi
tulū cōflatilē 7 adorauerūt. atqz imo
lantes ei hostias dixerūt. Isti sunt dii
tui isrl. q̄ te eduxerūt de tra egipti. rur
sumqz ait dñs ad moisen. Cerno q̄ po
pul⁹ iste dure cervicis sit. Dimitte me
vt irascatur furor meus p̄ eos et deleaz
eos faciāqz te in gentē magnā. Moises
autē orabat dñm deū suum dicens. Cur
dñe irascitur furor tuus p̄ populū tuuz
quem eduxisti de terra egipti. in fortitu
dine magna 7 in manu robusta. Ne q̄
so dicāt egiptij callide eduxit eos vt in
terficeret in montibz et deleter e terra:
q̄scaat ira tua 7 esto placabilis sup neq̄
tia ppli tui. Recordare abraam 7 isaac 7
israel seruoꝝ tuoꝝ. q̄b iurasti p̄ temet
ipm dicens. Multiplicabo semē vestrū
ficut stellas celi. 7 vniuersam terrā hāc
de qua locutus suz. dabo semini vestro.
Possidebitis eam semper. Placatus est
dominus ne faceret maluz quod locut⁹
fuerat aduersus pplm suū. Et reuersus
est moises de monte portās duas tabu
las testimoniij in manu sua scriptas ex
vtraqz pte. 7 factas ope dñi. Scriptu
ra quoqz dei erat sculpta in tabulis. au
diēs autē iosue tumultū populivociferā
tis. dixit. ad moisen: Ululatus pugne
auditur in castris. Qui respōdit. Non

est clamor adhortantiū ad pugna: necq̄
 vociferatio cōpellentiū ad fugam sed vo-
 cem cantantiū ego audio. Cūq̄ appro-
 pinquasset ad castra vidit vitulū ⁊ cho-
 ros iratusq̄ valde. piecit de manu tabu-
 las ⁊ cōstregit eas ad radice mōtis. Arri-
 piensq̄ vitulū quē fecerāt obussit ⁊ cō-
 trivitq̄ ad puluerē quē sp̄xit in aquā
 ⁊ dedit ex eo potuz filijs israel. Dixitq̄
 ad aarō. Quid tibi fecit hic p̄pls vt in-
 duceres sup eū pctm̄ maximū? Cui il-
 le r̄ndit. Ne indignes dñs me? tu em̄
 nosti pplm̄ istū q̄ p̄nus sit ad malū. vi-
 xerūt mihi. Fac nob̄ deos q̄ nos p̄cedāt
Hic em̄ moisi qui nos eduxit de terra
egipti. nescimus qd acciderit. Quibus
ego dixi. Quis vestrū habet aux? Tule-
 rūt ⁊ dederūt mihi ⁊ piecit illud i ignē
egressusq̄ ē hic vitulus. Videns ergo
 moises pplm̄ q̄ esset nudatus. spoliave-
 rat em̄ eū aarō p̄pter ignominia sordis
 ⁊ inter hostes nudū cōstituerat ⁊ stās i
 porta castrorū ait. Si q̄s ē dñi iungatur
mihi. Cōgregatiq̄ sunt ad eū om̄es fi-
 lij leui. Quibz ait. Hec dicit dñs de' is-
 rael. Ponat vir gladiū sup femur suū.
Iste ⁊ redite de porta vsq̄ ad portā per
mediū castrorū ⁊ occidat vnusq̄s fr̄m
suū ⁊ amicū ⁊ primū suū. Fecerūtq̄ filij
 leui iuxta sermonē moisi. ceciderūtq̄ i
 die illo q̄si viginti tria milia hoīm. Et
 ait moises. Cōsecrasit manus vr̄as ho-
die dño vnusq̄s i filio et i fr̄e suo vt
des vob̄ b̄ndictio. Facto autē altero die
 locut' ē moises ad pplm̄. Peccastis pec-
catū maximū. Ascēdaz ad dñm si q̄ mō
 quivero eū de p̄cari p̄ scelere vestro. Re-
 uersusq̄ ad dñm ait. Obsecro. peccauit
p̄pls iste peccatū maximū. fecerūtq̄ si-
bi deos aureos. aut dimitte eis hāc no-
ram aut si nō facis dele me de libro tuo
quē scripsisti. Cui r̄ndit dñs. Qui pec-
cauerit mihi. delebo eū de libro meo. tu
aut vade et duc pplm̄ istū quo locutus
sum tibi. āgelus meus p̄det te. Ego
aut i die vltionis visitabo ⁊ hoc peccatū
eorū. Percussit aut dñs pplm̄ p̄ reatu
 vituli quē fecerat aaron. **XXXIII**

1 Octusq̄ ē dñs ad moisen di-
cens. Glade ascēde de loco isto
tu ⁊ p̄pls tuus quez eduxisti de
terra egipti in terram quaz iuravi abra-
am isaac ⁊ iacob dicēs. Semini tuo da-
bo eam. ⁊ mittā p̄cursozem tui āgelum:
vt eiciā chananeū ⁊ amorreū ⁊ etheū ⁊
pherezeum ⁊ eueū ⁊ iebuseū. et intres
in terrā fluentem lacte ⁊ melle. Nō em̄
 ascēdā tecū. qz p̄pls dure ceruicis est
 ne forte dispdam te in via. Audiensq̄
 populus sermonē hūc pessimū luxit. et
 nullus ex more indutus est cultu suo.
 Dixitq̄ domin' ad moisen. Loqre filijs
israel. Populus dure ceruicis es. semel
ascēdā in medio tui ⁊ delebo te. Jam
nūc deponē ornatū tuū: vt sciā quid fa-
ciam tibi. Deposuerūt ergo filij israel
 ornatū suū a mōte oreb. Moises quoq̄
 tollēs tabernaculū tetendit extra ca-
 stra p̄cul. vocauitq̄ nomē eius taber-
 naculū federis. Et om̄is p̄pls q̄ habebat
 aliquā q̄stionem. egrediebāt ad taber-
 naculū federis extra castra. Cūq̄ egre-
 deret moises ad tabernaculū surgebat
 vniuersa plebs et stabat vnusq̄s i
 ostio papilionis sui respiciebātq̄ tergū
 moisi donec ingrederet tentoriū. In-
 gressu aut illo tabernaculū federis. de-
 scēdebat colūna nubis ⁊ stabat ad ostiū
 um loquebaturq̄ dominus cuz moise
 cernētibz vniuersis q̄ colūna nubis sta-
 ret ad ostiū tabernaculi. Stabantq̄ et
 ipi ⁊ adorabant per fores tabernaculoz
 suozum. Loquebatur autem dominus
 ad moisen facie ad faciem. sicut solet lo-
 qui homo ad amicum suum. Cūq̄ il-
 le reuerteretur in castra. minister eius
 iosue filius nun puer non recedebat de
 tabernaculo. Dixit autē moises ad do-
 minū. Precepis vt educaz populū istū
⁊ non indicas mihi quem missurus sis
me cum p̄sertim cum dixeris. nouite
ex nomine et inuenisti gratiam coram
me. Si ergo inueni gratiam in conspe-
ctu tuo: ostende mihi faciē tuam vt sci-
am te ⁊ inueniaz gratiam ante oculos
tuos. Respice pplm̄ tuū gentem hanc.

Dirigit dñs. Facies mea pcedet te et re-
quem dabo tibi. Et ait moyses. Si n̄ tu
ipse pcedas ne educas nos de loco isto:
In q̄ em̄ scire poterim? ego et ppls tu?
inuenisse nos grām in p̄spectu tuo nisi
ābulauer̄ nobiscū. vt glificemur ab oib̄
bus ppls q̄ habitāt sup̄ trā. Dixit autē
dñs ad moysen. Et v̄bū istud qd̄ locu-
tus es faciā inuenisti em̄ grām corā me
et teipm̄ noui ex noīe. Qui ait. Ostēde
mibi glīam tuā. r̄ndit. Ego oñdā oē lo-
nū tibi et uocabz̄ ī noīe dñi coram te. et
miseretoz̄ cui uoluerō et clemens ero in
quē mihi placuerit. rursūq̄ ait. n̄ poteris
videre faciē meā. Nō ei videbit me
hō v̄uiuet. Et itez̄. ecce inqt̄ ē loc⁹ apud
me et stab̄ supra petra. Cūq̄ t̄nsibit glā
mea ponā te ī forāmie petre. et p̄tegā de
xtera mea donec trāseā. Tollamq̄ ma-
nū meā et videbis posteriora mea. faciē
autē meā videre nō poteris. XXXIII

Et deinceps p̄cede ait tibi duas
a tabulas lapideas instar p̄oz̄ et
scribā sup̄ eas v̄ba q̄ habuerūt
tabule q̄s fregisti. Esto patus mane vt
ascēdas statim in montē sinai: stabisq̄
mecū sup̄ v̄tricē mōtis. Nullus ascēdat
tecū nec videat q̄sp̄ā p̄ totū montē. bo-
ues q̄z et oues nō pascantur eō. Excidit
q̄ duas tabulas lapideas q̄les antea fu-
erāt: et de nocte cōsurgēs ascendit ī mō-
tē sinai sic p̄cepit ei dñs. portās secū ta-
bular. Cūq̄ r̄scēdisset dñs p̄ nubē ste-
tit moyses cū eo inuocās nomē domini
Quo trāseūte corā eo ait. Dñator dñe
de? misericors et clemēs. paties et mul-
te miseratōnis ac v̄rax. q̄ custodis mi-
sericordiā in milia. q̄ aufers iniquitatē
et scelera atq̄ p̄ctā. nullusq̄ apud te per-
se innocēs ē. q̄ reddis iniquitatē patrū
filijs ac nepotib̄ in terciā et quartā p̄ge-
niē. Festinusq̄ moyses curuatus ē p̄n?
in trā et adorās ait. Si inueni grām in
cōspectu tuo dñe: obsecro vt ḡdiaris no-
biscū. ppls em̄ dure ceruicis ē vt aufe-
ras iniquitates nr̄as atq̄ p̄ctā nosq̄ pos-
sideas. r̄ndit dñs. Ego inibo pactuz̄ vi-
dentib̄ cūctis. signa faciā q̄ nunq̄ visa

sunt sup̄ trā. nec in vllis gentib̄ vt cer-
nat ppls iste in cuius es medio. op? dñi
terribile quod facturū sum. Oblerua
cūcta que hodie mandauī tibi. Ego ipse
eiciā añ faciē tuā āmorretū et chananeū
et h̄xū: phereceū quoq̄ et eueū et icbu-
seū. Laue ne vñq̄ cū habitatorib̄ ter-
re illius iūgas amicitias que sint tibi ī
r̄tinā. sed et aras eoz̄ destrue. cōfringe
statuas. lucosq̄ succide. Noli adorare
deū alienū. Dñs celotes nomē ei? de-
us est emulatoz̄. Ne in eas pactū cū ho-
minib̄ illaz̄ regionū. ne cū fornicati fu-
erint cū dñs suis et adorauerint simu-
lacrā eoz̄. vocet te quispiā vt comedas
de immolatis. Nec vxoz̄ de filiab̄ eoz̄
accipies filijs tuis ne postq̄ ipse fuerint
fornicate: fornicari faciāt et filios tuos ī
deos suos. Deos cōstatiles nō facies ti-
bi. solennitatē aq̄imoz̄ custodies. Sei-
ptem dieb̄ v̄sceris aq̄imis sicut p̄ce-
pi tibi in tempore mensis nouoz̄. Nē
se em̄ v̄rni tempis egressus es de egi-
pto. Om̄ie qd̄ apit vuluā generis ma-
sculini meū erit. De cūctis aiantib̄ tā-
de tob̄ q̄ de ouib̄ meū erit. Primoge-
nitum a simi redimes oue. Si autē nec
preciū pro eo dederis: occides. Primoge-
nitum filioz̄um tuoz̄um redimes. nec
apparebis in cōspectu meo vacuus. sex
diebus operaberis: die septimo cessabis
arare et metere. Solennitatem hebdo-
madaz̄ facies tibi in primitijs frugum
messis tue triticee: et solēnitatēz̄ quādo
redeunte anni temp̄e cūcta cōduntur.
Tribus tempib̄us anni apparebit om̄ie
masculinū tuū in cōspectu om̄ipoten-
tis domini dei israel. Cū em̄ tulero gē-
tes a facie tua et dilatauero terminos tu-
os. nullus insidiabit terra tua. ascēde-
te te et apparente in cōspectu domini
dei tui ter in anno. Nō immolabis sup̄
fermēto sanguinem hostie mee neq̄ re-
sident mane de victimis solennitatis
phase. Primitias frugū terre tue offe-
res in domo domi dei tui. Non coques
hedum in lacte matris sue. Dirigit do-
minus ad moysen. Scribe tibi v̄rba

hec: quibus et tecum et cum israel pepigi fedus. Fuit ergo ibi cum domino moyses quadraginta dies et quadraginta noctes. panem non comedit et aquam non bibit. et scripsit in tabulis verba federis. Cumque descenderet moyses de monte sinai. tenebat duas tabulas lapideas testimonij et ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consorcio sermonis domini. Et videtes autem aaron et filij israel cornutaz moysi facie: timuerunt prope accedere. Vocatiq; ab eo reuersi sunt: tunc aaron quoque principes sinagoge. Et postquam locutus est ad eos: venerunt ad eum etiam omnes filij israel. Quibus precepit cuncta que audierat a domino in monte sinai. Impletisq; sermonibus posuit velamen super faciem suam. Qui egressus est ad dominum et loquens cum eo auferebat donec eriret. et tunc loquebatur ad filios israel omnia que sibi fuerant imperata. Qui videbant faciem egredientis moysi esse cornutaz sed optinebat ille rursus faciem suam quam loquebatur ad eos. XXXV

Et ut congregata esset turba filiorum israel. dixit ad eos. Hec sunt que iussit dominus fieri. Sex diebus facietis opus. Septimus dies erit vobis sanctus: sabbatum et requies domini. Qui fecerit opus in eo: occidet. Non succendetis ignem in habitaculis vestris per diem sabbati. et ait moyses ad omnem cateruam filiorum israel. Iste est sermo quem precepit dominus dicere. Separate apud vos primitias domino. Omnis voluntarius et prono animo offerat eas domino. Aurum et argentum et eos. hiacinthum et purpuram. coccumque bis tinctum et bissum pilos caprarum. pellesque arietum rubricatas et hiacinthinas. ligna sethim. et oleum ad luminaria concinnanda et ut conficiatur unguentum et thimiama suauissimum. lapides onichinos et gemas ad ornatum superhumeralis et ronalis. Quisquis vestrum sapiens est. veniat et faciat quod dominus imperavit tabernaculum. scilicet tectum eius atque operimentum. anulos et tabulata cum vectibus parillos et bases. arcam et vectes: propiciatorium et velum: quod ante illud operandum. mensam cum vectibus et basis et positionis. panibus cam delabrum ad luminaria sustentanda. va-

sa illius et lucernas et oleum ad nutrimentum ignium. altare thimiama et vectes et oleum unctiois et thimiama ex aromantibus tentorium ad ostium tabernaculi. altare holocausti et craticulam eius eneam cum vectibus et vasis suis. labrum et bases eius cortinas atrij cum columnis et basibus tentorium in foribus vestibuli. parillos tabernaculi atrij cum funiculis suis vestimenta quoque usus est in misterio sanctuarij. vestes aaron pontificis ac filiorum eius: ut sacerdotio fungantur michi. Egressaq; omnis multitudo filiorum israel de conspectu moysi obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias domino ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Quicquid ad cultum et ad vestes sanctas necessarium erat: viri cum mulieribus prebuerunt armillas et inanes anulos et textalia. De vas aureum et donaria domini separatim est. Si quis habebat aurum. hiacinthum et purpuram. coccumque bis tinctum bissum et pilos caprarum. pelles arietum rubricatas hiacinthinas. argenti et auri erisq; metalla obtulerunt domino: lignaque sethim in varios usus. Sed et mulieres docte que venerunt dederunt hiacinthum purpuram ac vermiculum ac bissum ac pilos caprarum sponte propria. cuncta tribuentes. Principes vero obtulerunt lapides onichinos et gemas ad superhumeralis et ronalis. aromataque et oleum ad luminaria concinnanda et ad preparandum unguentum ac thimiama odoris suauissimi componendum. Omnes viri et mulieres mente deuota obtulerunt donaria ut fierent opera que iusserat dominus per manum moysi. Cuncti filij israel voluntaria domino dedicauerunt. dixitque moyses ad filios israel. ecce vocauit dominus ex nomine beseleel filium huri. filij hur de tribu iuda. impleuitque eum spiritu dei: sapientia et intelligentia et scientia et omni doctrina ad excogitandum et faciendum opus in auro et argento et ere et ferro: sculpedis quoque lapidibus et ope carpentario. Quicquid fabre adinuenire potest. dedit in corde eius. Oliab quoque filium achisamech de tribu dan ambos erudiuit sapientia ut faciant opera abietarum. polymitarum.

ac plumarij de iacinto 7 purpura. coc-
coq bis tincto 7 bisso. 7 texat oia ac no-
ua queqz repereant. XXXVI

Ecit g beseleel 7 ooliab 7 omnis
f vir sapiens quibz dedit dñs sapi-
entia 7 intellectū vt scirent fa-
bre opari. q̄ in vsu sanctuarij necessaria
sunt 7 q̄ p̄cepit dñs. Cūqz vocasset eos
moyses 7 omnes eruditū virū cui dederat
dñs sapientia 7 q̄ sponte sua obtule-
rant se ad faciēduz op̄: tradidit eis oia
donaria filioz israel. Qui cū istaret opi-
quidie. mane vota p̄ls offerebat. Unō
artifices venire cōpuli dixerūt moysi.
Plus offert plus q̄ necessariū ē. Jus-
tic g moyses p̄comis voce cantari. nec
vir nec mulier quicqz offerat vltra in o-
pere sanctuarij. Sicqz cessatū est a mu-
neribz offerēdis. eo q̄ oblata sufficerēt
7 supabūdarēt. Fecerūtqz omnes corde
sapientes ad explendū op̄ tabernaculi.
cortinas decē. de bisso retoza 7 hiacin-
tho 7 purpura: coccoqz bis tincto. opere
vario 7 arte polimita. Quartū vna ha-
bebat in lōgitudine vigitiocto cubitos
7 in latitudine quatuor. Una mensura
erat oim cortinaz. Cōiūxitqz cortinas
q̄nqz alteram alteri. 7 alias q̄nqz sibi-
uicem copulauit. Fecit et ansas hiacin-
thinas i ore cortine vnius ex vtroqz la-
tere 7 in ora cortine alterius similis vt
cōtra seinuicē venirēt anse 7 mutuo iū-
gerētur. Unū 7 quinquagita fudit circū-
los aureos q̄ morderēt cortinaz ansas
7 fieret vnū tabernaculū. Fecit 7 saga-
vndecim de pilis capraz ad operiendū
tectū tabernaculi. Unū sagū i lōgitudi-
ne habebat cubitos triginta. 7 in latitu-
dine cubitos quatuor: vni mēsure erāt
oia saga. quoz quinqz iunxit seorsum 7
sex alia sepatim. Fecitqz ansas q̄nquagi-
ta in ora sagi vnius 7 quinquaginta in
ora sagi alterius vt sibi uicem iunge-
rētur et si bulas enneas quinq̄ginta q̄b-
necteret tectū vt vnū palliū ex ossibz sa-
gis fieret. Fecit et optozū tabnaculi de
pellibz arietū rubracat. aliudqz de sup ve-
lamen de pellibz iacintbinis. Fecit 7 ta-

bulas tabernaculi de lignis sethim stan-
tes. Decē cubitoz erat lōgitudō table
vni 7 vnū ac semis cubitū latitudo re-
tienbat. Sine icastrature erāt p̄ singu-
las tabulas vt altera alteri iungeretur
Sic fecit i oibz tabernaculi tabulis. Et
quibz vigitio ad plagā meridianā erāt
p̄tra austrū cū quadraginta basibz argē-
teis. Due bases sub vna tabla ponebāt-
tur ex vtraqz pte anguloz. vbi incastra-
ture later in āgulis terminātur. ad pla-
gam q̄z tabernaculi q̄ respicit ad aq̄lo-
nem fecit vigitio tabulas cuqz q̄dragita
basibz argēteis duas bases p̄ singulas
tabulas. Cōtra occidentem vero .i. ad
eam p̄m tabernaculi q̄ mare respicit
fecit sex tabulas. 7 duas alias p̄ singu-
los angulos tabernaculi retro q̄ iuncte
erāt a deo: sum vsqz sursum. 7 i vnā cō-
pagē p̄t ferebāt. Ita fecit ex vtraqz p-
te p̄ āgulos. vt octo eēt siml tabule 7
haberēt bases argenteas sexdecim. bi-
nas scz bases sub singulis tabul. Fecit
7 vctes de lignis sethim q̄nqz ad cōti-
nendas tabulas vnius lateris taberna-
culi. 7 q̄nqz alios ad alterius lateris co-
aptandas tabulas. 7 extra hos q̄nqz ali-
os vctes ad occidētales plagā taberna-
culi cōtra mare. Fecit quoqz vctē aliū
q̄ p̄ medias tabulas ab angulo vsqz ad
āgulū pueniret. Ipsa aut tabulata de-
aurauit fufis basibz eaz argenteis. Et
circulos eozū fecit aureos per quos ve-
ctes induci possent quos 7 ipos lamis
aureis operuit. Fecit 7 veluz de hiacin-
tho 7 purpura. vermiculo ac bisso retoza
ope polimitario. variū atqz distinctū
7 quatuor colūnas de lignis sethim q̄s
cum capitibus deaurauit. fufis basibz
earum argenteis. Fecit 7 tentozium in
introitu tabernaculi ex hiacintho pur-
pura vermiculo bissoqz retoza ope plu-
marij 7 colūnas quinqz cū capitibz suis
quas opuit auro: basesqz eaz fudit ene-
as q̄s 7 opuit auro. XXXVII

Ecit autem beseleel 7 arcam de
f lignis sethim habētem duos 7
semis cubitos in longitudine.

Exodus

et cubitū ac semissem in latitudine. altitudo quoque vnius cubiti fuit et dimidij: vestiuitque eas auro purissimo intus et foris. Et fecit illi coronā aureā per girū cōflās quatuor anulos aureos per quatuor angulos eius. duos anulos in latere vno et duos in altero. Electes quoque fecit de lignis sethim quos vestiuit auro et quos misit in anulos qui erant in lateribus arce ad portandū eā. Fecit et propiciatoriū id est oraculū de auro mūdissimo duorum cubitorum et dimidij in longitudine et cubiti ac semis in latitudine. Duos etiā cherubin ex auro ductili quos posuit ex vtraque parte propiciatoriij. cherub vnu in summitate vnius partis et cherub alter in summitate partis alterius. Duos cherubin in singulis summitatibus propiciatoriij extendentes alas et tegentes propiciatoriū seque mutuo et illud respicientes. Fecit et mēsam de lignis sethim in longitudine duorum cubitorum. et in latitudine vni cubiti quā habebat in altitudine cubitū ac semissem. Circūdeditque eā auro mūdissimo: et fecit illi labiū aureū per girū. ipseque labio coronā auream interrasilem quatuor digitorum. et super eandem alterā coronā auream. Fudit et quatuor circulos aureos quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mēse vtra coronam. misitque in eos vectes vt possit mēsa portari. ipsos quoque vectes fecit de lignis sethim et circūdedit eos auro. Et vasa ad diuersos vsus mēse. acetabula. phialas. et ciathos et thuribula ex auro puro in quibus offerenda sunt libamina. Fecit et candelabrum ductile de auro mūdissimo. De cuius secte. calami. cippi. spheruleque ac lilia procedebāt sex in vtroque latere. Tres calami ex parte vna et tres ex altera. Tres cippi in nucis modum per calamos singulos. spheruleque similes et lilia. et tres cippi instar nucis in calamo altero. spheruleque simul et lilia. Equū erat opus sex calamorum qui procedebāt de stipite candelabri. In ipso autem vecte erāt quatuor cippi in nucis modum spheruleque per singulos et lilia. et spherule sub duobus calamis

per loca tria quae simul sex sunt calami procedentes de vecte vno. Et spherule igitur et calami ex ipso erāt. vniuersa ductilia ex auro purissimo. Fecit et lucernas septē cum emūctorijs suis. et vasa vbi ea que emuncta sunt extinguantur de auro mūdissimo. Talentū auri appendebat candelabrum cum omnibus vasibus suis. Fecit et altare thimiamatis de lignis sethim per quod singulos habēs cubitos et in altitudine duos. e cuius angulis procedebāt cornua. vestiuitque illud auro purissimo cum craticula ac parietibus et cornibus. Fecitque ei coronā aureolam per girum. et duos anulos aureos sub corona per singula latera. vt mittatur in eos vectes. et possit altare portari. Ipsos quoque vectes fecit de lignis sethim. et operuit laminis aureis. Et posuit ei oleum sanctificationis vnguentum et thimiamata de aromatibus mūdissimis opere pigmentarij. **XXXVIII**

f Fecit et altare holocausti de lignis sethim quinq; cubitorum per quadrū. et triū in altitudine. cuius cornua de angulis procedebant. operuitque illud laminis eneis. Et in vsus eius parauit exere vasa diuersa: lebetes forcipes fuscinulas. vncinos. et igniū receptacula. Craticulaque eius in modum retis fecit eneam et subter eā in altaris medio arulā fuscis quatuor anulis per totū idē retiaculi summitates: ad immittēdos vectes ad portandum. Quos et ipsos fecit de lignis sethim. et operuit laminis eneis: induxitque in circulos qui in lateribus altaris eminebant. Ipse autem altare non erat solidum sed caui ex tabulatis et intus vacuū. Fecit et labrum enei cuius basis sua de specul mēse quae excubabāt in ostio tabnaculi. fecit et atrium in cuius australi plaga erāt tētozia de bisso retorto cubitorum cētū colūne enee viginti cum basibus suis: capita colūnarum et tota opis celatura argentea. Equae ad septētrionalē plagā tētozia colūne: basesque et capita colūnarū eiusdem mēsure et opis ac metalli erant. In ea quoque plaga quae ad occidentē respicit

fuerit tentoria cubitoꝝ quinquaginta
colūne decē cū basibꝝ suis enee. et capi
ta colūnaꝝ ⁊ tota opis celatura argētea
Porro extra oriente quinquaginta cu
bitoꝝ parit tentoria: e q̄bꝝ quīdecim cu
bitos colūnaꝝ triū cū basibꝝ suis vnū
tenebat latꝝ ⁊ in pte altera. qz intꝝ vtra
qꝫ introitus tabernaculi fecit. quīdecim
eqꝫ cubitoꝝ erāt tētoꝝia. colūneqꝫ tres ⁊
bases toride. Lūcta atrij tētoꝝia bisus
retorta texuerat. Bases colūnarū fuere
enee. capita autē eazꝫ cū cūctis celaturis
suis argētea. sed ⁊ ipsas colūnas atrij ve
stiuit argēto. Et in introitu eius opere
plumario fecit tētoꝝiū ex hiacintho pur
pura. vermiculo ac bisso retorta. qd̄ ha
bebat viginti cubitos in lōgitudine. al
titudine vō quīqꝫ cubitoꝝ erat: iuxta mē
surā quā cūcta atrij tentoria habebant.
Colūne autē i ingressu fuere quattuor
cū basibꝝ eneis: capitaqꝫ eazꝫ ⁊ celature
argentee. Parillos quoqꝫ tabernaculi
⁊ atrij p̄ giruz fecit eneos. Hec sunt in
strumēta tabernaculi testimonij q̄ enu
merata sunt iuxta p̄ceptū moysi in ceri
monijs leuitazꝫ p̄ manuz it̄hamar filij
sarō sacerdotis. q̄ bezeleel filij huri filij
hur de tribu iuda dñō p̄ moisen iubēte
cōpleuerat iuncto sibi iocio ooliab filio
achisamech de tribu dan q̄ ⁊ ip̄e artifex
lignozꝫ egregius fuit: et polimitari atqꝫ
plumarius ex hiacintho. purpura v̄mi
culo ⁊ bisso. Om̄e autē qd̄ expensum ē
in ope sanctuarij. ⁊ qd̄ oblatū est in do
narijs. viginti ⁊ nouem talentozꝫ fuit ⁊
septingentozꝫ triginta sicloꝝ ad mensu
ram sanctuarij. Oblatū ē autē ab his q̄
trāsierūt ad numez a viginti annis et
supra. de sexcentis tribꝫ milibꝫ ⁊ quīqꝫ
quinquaginta armētoꝝ. Fuerūt p̄teꝝea
centū talēta argenti: e q̄bꝝ cōstate sunt
bases sanctuarij. ⁊ introitus vbi veluz
pēdet. Centū bases facte sunt de talētꝫ
cētū singulis talentis p̄ bases singulas
supputatis. De mille autē septingētis ⁊
septuagintaqꝫ siclis fecit capita colū
naꝝ quas ⁊ ipsas vestiuit argento. eris
qꝫ oblata sunt talenta septuaginta duo

milia ⁊ quadringenta supra sicli. ex q̄bꝝ
fuse sunt bases in introitu tabernaculi
testimonij ⁊ altare enei cū craticla sua
oiaqꝫ pala q̄ ad vltimū eiꝫ p̄tinet ⁊ bases
atrij tam in circuitu q̄ in ingressu eius
⁊ parilli tabernaculi atqꝫ atrij p̄gitum.

Et hiacintho vero XXXIX

⁊ purpura vermiculo ac bisso fe
cit vestes q̄bꝫ indueretur aaron
q̄m ministrabat in sanctis sicut p̄cepit do
minꝫ moysi. Fecit igitꝫ sup̄hūerale de au
ro hiacintho ⁊ purpura coccoꝝ bis tin
cto ⁊ bisso retorta ope polimitatio. In
ciditqꝫ bracteas. aureas ⁊ extenuauit i
fila vt possent torqꝫi cū p̄oz colorꝫ sub
tegm̄ine. duasqꝫ oras sibi iuice copu
latis i vtroqꝫ latere summitatū in bal
theū ex eisdē coloribꝫ. sicut p̄cepit dñs
moysi. Parauit ⁊ duos lapides onichi
nos astrictos. ⁊ iclusos auro ⁊ sculptos
arte gemmaria noibꝫ filioꝝ israel. Ser
uola in lapide vno et ser in altero iuxta
ordinē natiuitatis eozꝫ. Posuitqꝫ eos i
lateribꝫ sup̄hūeralis in monumentū si
lioꝝū isrl sicut p̄cepit dñs moysi. Fecit
⁊ rōnale ope polimito iuxta opus sup̄
hūeralis. ex auro. hiacintho. purpura.
coccoꝝ bis tincto. ⁊ bisso retorta. q̄drā
gulū duplex. mēsure palmi. ⁊ posuit in
eo gemazꝫ ordines quatuor. In p̄mo ve
su erat sardius. topazius. smaragdus.
In secūdo carbūculus. saphirꝫ. iaspis.
In tercio ligurꝫ. achates. ⁊ amethis.
In quarto. chrisolithus. onichinus. ⁊
berillus. circūdati ⁊ incusi auro p̄ ordi
nes suos. Ip̄iqꝫ lapides duodecim scul
pti erāt nomibꝫ duodecim tribuū isra
el. singuli per nomina singulorum. Fe
cerunt in rationali et catenulas sibi i
uicem coherentes de auro purissimo et
duos vncinos. totidemqꝫ anulos aure
os. Porro anulos posuerūt in vtroqꝫ
latere rōnalis. ex q̄bꝫ pēderēt due cate
ne auree q̄s inseruerūt vncinis qui in
sup̄hūeralis āgulis eminebāt. Hec
⁊ ante et retro ita cōueniebant sibi. vt
sup̄hūerale ⁊ rōnale mutuo necterē
tur. stricta ad balthetū ⁊ anulis forius

copulata. q̄s iungebat vitta hyacinthi-
 na ne laxa fluerent ⁊ a leuice mouerē-
 tur. sicut p̄cepit dñs moysi. Fecerūt q̄q̄
 tunica superhumeralis torā hyacinthi-
 nam. et capitū in supiori pte cōtra me-
 diū oramq̄ p̄ gyrū capitij textilem: deoz
 sum autē ad pedes malapunica ex hyaci-
 tho. purpura. vermiculo ac bysso retortā
 et tinnabula de auro purissimo q̄
 posuerūt inter malogranata in extrema
 pte tunice per gyrum: tinnabulū autē
 aureū et malumpunicū: quibus ornat⁹
 incedebat pontifex qm̄ ministerio funge-
 batur: sicut p̄cepit dñs moysi. Fecerūt
 ⁊ tunicas byssinas ope textili aarō
 et filijs eius. et mitras cū coronulis su-
 is ex bysso: feminalia q̄q̄ linea byssina.
 cingulu vero de bysso retorta: hyacintho
 purpura: ac vermiculo distinctum arte
 plu maria sicut p̄cepit dñs moysi. Fecerūt
 et laminā lacte veneratōis de auro
 purissimo. scripserūtq̄ in ea ope gema-
 rio sanctū dñi. et strinxerūt eā cū mitra
 vitta hyacinthina sicut p̄cepit dñs moi-
 si. Perfectū est igit oē opus tabernacu-
 li ⁊ tecti testimonij. Fecerūtq̄ filij israel
 cūcta q̄ p̄cepit dñs moysi: ⁊ obtulerunt
 tabernaculu ⁊ tectū. ⁊ vniuersam suppel-
 lectilē. anulos. tabulas. vectes. colūnas
 ac bases. opertoriū de pellib⁹ arietū ru-
 bricatis ⁊ aliud operimentū de hyacin-
 thinis pellib⁹. velu. arcā. vectes. ppicia-
 toriū. mēsam cū vasis suis. et p̄positōis
 panib⁹ candelabrū: lucernas. et vten-
 silia earū cū oleo. altare aureū ⁊ vnguen-
 tū ⁊ thymiana ex aromatib⁹. ⁊ tentoriū
 in introitu tabernaculi. altare eneū. re-
 tiaculū: vectes ⁊ vasa eius oīa. labrū cū
 basi sua tētorā atrij et columnas cū ba-
 sibus suis. tentoriū in introitu atrij: fu-
 niculosq̄ illius et parillos. Nihil ex va-
 sis defuit q̄ in ministeriū tabernaculi et
 in tectū federis iussa sunt fieri. Vestes
 q̄q̄ sacerdotes vtunt̄ in sanctuario
 aaron. s. ⁊ filij ei⁹. obtulerūt filij israel si-
 cut p̄cepit dñs. Que postq̄ moises cū-
 cta vidit cōpleta bñdixit eis. **XL**

Ocutusq̄ est dñs ad moisen di-
 cens. Mense primo: prima die
 mēsis eriges tabernaculū testi-
 monij ⁊ pones in ea arcā. dimittesq̄ aſ-
 illā veiu: et illata mēsa pones sup eā que
 rice p̄cepta sunt. Candelabrum stabit
 cū lucernis suis. et altare aureū in quo
 adoleſ incensum: corā arca testimonij.
 tentorium in introitu tabernaculi testi-
 monij pones. et ante illud altare holo-
 caustu. Labrū inter altare ⁊ tabernaculū
 quod implebis aqua. Circundabisq̄ a-
 trium tentorijs et ingressum eius. Et
 assumpto vntionis oleo vnges taber-
 naculū cū vasis suis vt sanctificent: al-
 tare holocausti et oīa vasa eius labrum
 cū basi sua. Dia vntōis oleo cōsecras
 bis vt sint sancta sanctorū. Applicabisq̄
 aaron et filios eius ad fores tabernaculi
 testimonij. et lotos aqua indues sanct⁹
 vestib⁹ vt ministrēt mihi: et vntio eo-
 rum in sacerdotiū sempiternū pficiat.
 Fecitq̄ moises omnia que p̄cepit
 dominus. Igitur mense primo anni se-
 cundi. prima die mēsis collocatū est ta-
 bernaculū. Erexit moises illud et posuit
 tabulas ac bases ⁊ vectes: statuitq̄ col-
 umnas et expandit tectū super taberna-
 culū: imposito de super experimēto: sicut
 dominus imperauerat. Posuit et testi-
 moniū in arca. subditis infra vectibus
 et oraculum de super. Cūq̄ intulisset ar-
 cam in tabernaculum testimonij appen-
 dit ante eam velum vt expleret domini
 iussionem. Posuit et mensam in taber-
 naculo testimonij ad plagam septētrio-
 nalem extra velum. ordinatis corā p̄po-
 sitōis panib⁹ sicut p̄cepit dñs moysi
 Posuit et candelabrum in tabernaculo
 testimonij e regione mense in parte au-
 strali: locatisq̄ per ordinem lucernis iux-
 ta p̄ceptū domini. Posuit et altare
 aureū sub tecto testimonij. cōtravelum
 et adoleuit super eo incensum aromatū
 sicut iusserat dominus moysi. Posuit
 et tentoriū in introitu tabernaculi testi-
 monij. et altare holocausti in vestibulo
 testimonij: offerens in eo holocaustū et

sacrificia vt dñs imperauerat. Labrum quoq; statuit inter tabernaculū testimonij altare implēs illud aqua: lauerūtq; in eo moyses 7 aaron ac filij eius manus suas 7 pedes cum ingrederent tectum federis. ac accederēt ad altare: sicut p̄ceperat dñs moysi. Ererit et atrium p̄gyrium tabernaculi et altaris: ducto in introitu eius tentorio. Postq; omnia p̄fecta sunt operuit nubes tabernaculū testimonij: 7 gloria domini impleuit illud. Nec poterat moyses ingredi tectū federis nube opiente oīa: 7 maiestate dñi coruscante: q; cūcta nubes opuerat. Si qñ nubes tabernaculū deserebat: p̄ficiebant filij isrl̄ p̄ turmas suas. Si p̄debat desup: manebat in eodem loco. Nubes q̄ppe dñi incubabat p̄ diē tabernaculo 7 ignis in nocte: videtib; cūctis populis israel p̄ cūctas māfiones suas.

Explicit liber Exodi. Incipit vagebra id est liber leuiticus. Capitulū I

Occauit autem

moysen et locutus est ei dñs de tabernaculo testimonij dicens. Loq̄re filijs israel: et dices ad eos. Homo q̄ obtulerit ex vobis hostiā dño de pecorib; .i. de bob; 7 ouib; offerēs vitimas: si holocaustus fuerit: ei? oblatio ac de armēto. masculū. immaculatū offeret ad ostiū tabernaculi testimonij ad placandū sibi dñm. Ponetq; sup caput hostie man; 7 acceptabilis erit: atq; in expiationē ei? p̄ficiēs. Immolabitq; vitulū corā dño 7 offerēt filij aarō sacerdot; sanguinē ei? fundētēs sup altaris circumitū: qđ est añ ostiū tabernaculi. De tractaq; pelle hostie artus in frustra cōcident 7 subiiciēt ī altari ignē: strue lignorū añ p̄posita 7 mēbra q̄ sunt cesa desup ordinātes caput vic; et cūcta q̄ adherēt iecori: intestinis et pedib; lotis aq̄. adolebitq; ea sacerdos sup altare in holocaustum 7 suauē odorē dño. Quod si de pecoribus oblatio ē. de ouib; siue de capris holocaustū: agnū anniculū 7 absq; macula

offeret. immolabitq; ad latus altaris qđ respicit ad aquilonē corā dño. Sanguinē vero illi? fundēt sup altare filij aaron p̄ circumitum: diu idēq; mēbra caput 7 oīa que adherēt iecori et imponēt sup ligna quib; subiiciendus est ignis. In festina vero et pedes lauant aqua. et oblata omnia adolebit sacerdos sup altare in holocaustū et odorē suauissimū domino. Si autē de auib; holocausti oblatio fuerit domino de turturib; 7 pulis columbe: offeret eā sacerdos ad altare. 7 retorto ad collum capite. ac rupto vulnere loco. decurrere faciet sanguinē super crepidinē altaris. vesiculā vero gutturis et plumas p̄iciet. p̄ altare ad orientalem plagā: in loco in quo cineres effundi solent. Cōfringetq; ascellas ei?. et nō secabit: neq; ferro diuidet eam et adolebit sup altare lignis igne supposito. Holocaustū est 7 oblatio suauissimi odoris domino.

II

Prima cū obtulerit oblationes sacrificij dño: simila erit ei? oblatio. Fundetq; sup eam oleū 7 ponet thus ac deferet ad filios aaron sacerdotis. Quor; vnus tollet pugillum plenū simile 7 olei ac totum thus: et ponet memoriale sup altare in odorē suauissimū dño. Quod autē reliquū fuerit de sacrificio erit aaron et filiorum eius sanctū sanctor; de oblationibus domini. Cum autē obtuleris sacrificiū coctū in clibano de simila. panes sc; absq; fermento cōspersos oleo. et lagana acyma oleo lita: si oblatio tua fuerit de sarragine simile cōspersē oleo et absq; fermento. diuides eam minutatim et fundes super eam oleum. Si autē de craticula fuerit sacrificiū eque simila oleo cōspersetur quā offerēs domino. tradesq; manibus sacerdotis. Qui euz obtulerit eā: tollet memoriale de sacrificio: et adolebit sup altare in odorē suauitat; dño. quicquid autē reliquum est. erit aaron et filiorum eius: sanctū sanctorum de oblationibus domini. Omnis oblatio que offertur domino absq; fermento fiet: nec quicq;